BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
24 E
24
1. 32.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8.24.E.24

TRACTATVS DE SYNODO DIOECESANA, SEV EPISCOPI,

PER IO. ANTONIVM MASSOBRIVM I.V.D.
olim Primicerium, nunc vero Archipresbyterum
Alexandrinum, ac S.Officij Conſultorem.

In quo breuiori Methodo diſcutiuntur quamplura dubia ſcitu valde digna, ac neceſſaria, hauſta ex varijs Tractatibus,

Et nunc ab Auctore recognitus, à mendisque, quibus ſcatebat, expurgatus, & pluribus in locis auctus.

Traditur & Formula habendi Synodum, iuxta Pontificale Romanum, & Acta Eccleſiæ Mediol. in qua etiam exarantur decreta Sacri Concilij Trid. & Conſtitut. Summorum Pont. quæ in ea debent publicari.

Opus Epiſcopis, Parochis, ac alijs Eccleſiaſticis perutile, & neceſſarium.



ROMAE, Apud Iacobum Maſcardum. MDCXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

8.24.E.24

TRACTATVS DE SYNODO DIOECESANA, SEV EPISCOPI,

PER IO. ANTONIVM MASSOBRIVM I.V.D.
olim Primicerium, nunc vero Archipresbyterum
Alexandrinum, ac S.Officij Conſultorem.

In quo breuiori Methodo diſcutiuntur quamplura dubia ſcitu valde digna, ac neceſſaria, hauſta ex varijs Tractatibus,

Et nunc ab Auctore recognitus, à mendisque, quibus ſcatebat, expurgatus, & pluribus in locis auctus.

Traditur & Formula habendi Synodum, iuxta Pontificale Romanum, & Acta Eccleſiæ Mediol. in qua etiam exarantur decreta Sacri Concilij Trid. & Conſtitut. Summorum Pont. quæ in ea debent publicari.

Opus Epiſcopis, Parochis, ac alijs Eccleſiaſticis perutile, & neceſſarium.



Collegij S.J.

Blasij et Caroli de Urbe

ROMAE, Apud Iacobum Maſcardum. MDCXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Hierac. Viceſg.

EGo Auguſtinus Barboſa Presbyter Bracharen. V. I. D. Luſitanus, ac Prothonotarius Apoſtolicus, de mandato Reuerendiſsimi P. F. Nicolai Rodulfij S. Apoſt. Palatij Magiſtri perlegi Praxim habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias, & tractatum de Synodo Diœceſana ſeu Epiſcopi, vnà cum additionibus, Auctore Reuer. & admodum Illuſtri D. Io. Antonio Maſſobrio digniſsimo Alexandrinæ Eccleſiæ Primicerio, nunc eiuſdem Archipresbytero, & S. Officij Conſultore, & nihil inueni quod Fidei, & bonis moribus aduerſetur, imò opus ſanè iudico vtiliſsimum, & iterum Typis mandari poſſe cenſeo, in quorum fidem mea propria manu ſubſcripſi, hac die 13. Decembris 1625.

Auguſtinus Barboſa qui ſupra.

Imprimatur,

Fr. Antoninus Phœbæus Mag. & Socius Reuerendiſs. P. F. Nicolai Rodulfij Sacri & Apoſtolici Palatij Magiſtri, Ord. Prædic.

TRACTATVS DE SYNODO DIOECESANA.

VIDIMVS, Deo Adiutore, finem Praxis habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias, verum quia baſis ipſius concurſus eſt Synodus Diœceſana, quippe quod examen nullum, & irritum eſt, ſi fiat ſine examinatoribus in Synodo Diœceſana electis; ideo hic opportunum duxi agere de Synodo Epiſcopi, breuiter huc referendo ea, quæ magis neceſſaria, & ſcitu digna mihi videbuntur: addita in fine Formula habendi Synodum, iuxtà præſcriptum Romani Pontificalis, & Act. Eccl. Mediol. cum decretis Sac. Conc. Trident. & Apoſtol. Conſtit. quæ ſunt in huiuſmodi Synodis publicanda, vt verò ordinatim procedam, in quinque capita diuidam opus.

IN primo itaque dicam de ſignificatione dictionis SYNODVS, cum illius diuiſione, diffinitione, & origine.

In ſecundo dicam, à quo, quo tempore, quoties, quomodo, & quo loco debeat Synodus congregari.

In tertio, quinam ad Synodum venire teneantur, & qua pœna non venientes ſint plectendi, quivè quominus venire debeant excuſentur.

In quarto, quæ agi, tractarique debeant in Synodo, & aliqua de ſtatutis Synodalibus, deq; modo claudendi, & dimittendi Synodum.

In quinto, demum exarabo Formulam, ſiue rationem habendi Synodum.

DE SYNODO DIOECESANA.

CAPVT I.

Synodus quid ſit, quomodo diuidatur, & diffiniatur, & vnde originem habuerit.

1 VT igitur Synodalem rem aggrediamur. Sciendum eſt, quod dictio *Synodus* Greca eſt, quæ latinè Concilium, cætus, vel congregatio exponitur, *c.* 1. *§.*
2 *Synodus* 15. *diſt.* † & iſta vocabula Synodus, & Concilium, ſunt Synonima, idemque ſignificant, *Abb.*
3 *in cap. ſicut not.* 1. *de accuſ.* † licet ſit genus generaliſſimum, *Bal.*
4 *conſ.* 262. *lib.* 2. † & ſæpe accipitur pro Concilio generali, *c.* 1. *c.*
5 *Nec licuit.* 17. *diſt.*; † accipitur etiam pro Conc. Prouinciali, *c. non oportet, c.* Epiſcopus 18. *diſt.*; propriè tamen accipitur pro congregatione, quam facit Epiſcopus in ſua Diœceſi cum Clericis & ſubditis, *Hoſt. in ſumm. de conſtit.*
6 *§. quis poſſit.* verſ. *ſed tale*, † imò appellatione Synodi, in materia ſtricta, & exorbitanti, venit tantum Synodus Epiſcopi, *per capit. Rodulphus de reſcriptis.* verbum
7 † autem *Diœceſis* largè ſumptum ſignificat Ciuitatē, & Comitatum,
8 † in reſcripto verò odioſo cōprehendit tantum Comitatum, quia illud eſt ſuum proprium ſignificatum. *Henric. Botens in ſuo eleganti & docto tract. de Synodo Epiſcopi.*

9 Eſt autē Synodus triplex: quædam eſt generalis, quæ repreſen-
10 tat vniuerſalem Eccleſiam: † Altera prouincialis, quam Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis celebrat, de quibus in decreto Gratiani 16. 17. & 18. *diſt.* Tertia Epiſcopalis, ſiue diœceſana, quam Epiſcopus cum ſuo clero celebrat in ſua Diœceſi, de qua erit hic Tractatus. De quibus tribus Synodorum generibus vide Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *q.* 1. Auguſt. Barboſ. *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 93. *n.* 1.

11 Poterit autem ſic deſcribi. *Synodus eſt congregatio legitima, quam facit Epiſcopus cum Clericis ſibi ſubditis in ſua Diœceſi, in qua de ijs, quæ curæ ſuæ paſtora-*
12 *li incumbunt, tractat:* † quæ quidem deſcriptio in parte deſumitur ex Card. Turrecremata *in ſum.* 17. *diſt.* verſ. *tertia ſpecies.* & primò ponitur *congregatio* loco generis, quia ſub ea comprehendi-
13 tur Synodus *res diffinita* † ad plura enim adeptatur congregatio,
14 quam Synodus; † nam Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ dicitur facere congregationem *c.* 1. *de elect.*
15 † ita etiam de Capitulo Cathedralis *c. congregato tit. eodem de*
16 *elect.* † idem de Monachis *cap. cellulas* 18. *q.* 2. ergo ponitur loco generis plura comprehendens,
17 quam Synodus. † Secundò loco dicitur, *legitima*, quia plures ſunt cōgregationes, quæ non ſunt legi-
18 timæ. † Tertio loco ponitur *quam facit Epiſcopus*, ad differentiam

Syno-

Synodorum generalium, & pro-
19 uincialium; † Hinc infertur quod
ſi Epiſcopus congregaret Syno-
dum, ad cogendas pecunias, non
poſſet dici Synodus, quia non eſ-
20 ſet legitima; † illud enim dicitur
eſſe legitimum, quod eſt iuſtum,
21 *c. legitima de appell. in 6.* † nec
eſſet cõgregata Synodus propter
ea, quę curę paſtorali incumbunt,
c. ſunt quidam 8. *q.* 1. Bott. *hoc
tract. p.* 1. *q.* 3. *n.* 7.

22 Origo autem Synodi Diœceſa-
næ, ſiue Epiſcopalis deriuat, ac ra-
dices ſumit à primordio naſcen-
tis Eccleſiæ, quando Diuus Iac.
Apoſt. Epiſcopus Hieroſolymita-
nus cum ſenioribus ibidem exi-
ſtentibus pro tollenda ſuſpicione
orta contra Sanctum Paulum
conuentum fecit, vt habetur *act.
Apoſt. cap.* 21.

CAPVT II.

A quo: quo tempore, quoties, quo modo; & vbi ſit Synodus congreganda.

1 DEbebit autem Synodus con-
gregari ab Epiſcopo in ſua
Diœceſi, & poterit idem Epiſco-
pus congregare Synodum abſque
licentia alicuius *gloſ. in ſum.* 17.
diſt. quam ibi ſequitur Archidia-
conus, Geminianus, & Cardina-
lis Alex. Synodia Vgoniana *in
prælud. rub. quotuplex ſit conc.*
2 *verſ. qua in c. ſi.* † imò ſi congrege-
tur ab alio non erit dicenda Syno-
dus, ſed potius Conciliabulum
arg. c. multis 17. *diſt.* vbi Syno-
dus generalis congregata per aliũ,
quam per Papam appellatur Con-
ciliabulum *Bott. d. tract. par.* 1.
3 *quæſt.* 6. *n.* 23. 24. † & ratio eſt,
quia Epiſcopus facit Synodum in
ſua diœceſi ex iuris diſpoſitione
Card. in ſum. 17. *diſt. in fin. Con-*
4 *cil. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 2. *de refor.* † &
ſi Princeps ſæcularis impediret ce-
lebrationem Synodi Epiſcopi, pu-
niendus eſſet veluti Hoſtis reipu-
blicæ, & vti Tyrannus *Bott. vbi*
5 *ſupra quæſt.* 7. *num.* 48. imò ſi Epi-
ſcopus in ipſa Synodo vellet pro-
pulſare hæreticos, Princeps tunc
Synodum impediens, vel pertur-
bans habendus eſſet tanquam hæ-
reticus, per ea quæ notat *Turre-
cr. apud Bott. loco ſupra cit.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus, qui iam fuit electus, & etiam legitimè cõfirmatus; ſi nondum fuerit conſecratus, videtur quod non poſſit congregare Synodum diœceſanam, ſed affirmatiuam opinionẽ tenet Henricus Boteus in iſto tractatu, qui pro dicta negatiua quamplures rationes adduxit; imò concludit, quòd hoc idem poterit præſtare Capitulum ſede Epiſcopali vacante, quippe quod ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione: & congregare Synodum eſt meri imperij, quæ omnia poteſt electus confirmatus; imò quod poteſt etiam huiuſmodi Synodum congregare Epiſcopus electus nondum confirmatus.

Vidi

Digitized by Google

1 Vidimus quid ſit Synodus, & à quo poſſit congregari; ſed occurrit dubitari primo loco, an electus, & confirmatus in Epiſcopum, nondum tamen conſecratus poſſit Synodum congregare; quærit Bot. *de Synodo. p. 1. q. 6.* verſ. *ſecundò acceſſoriè*, & dicit, quod
2 videtur, quod non, † quia, inquit, Archiepiſcopus non poteſt Synodum prouincialem congregare, antequam receperit pallium. *cap. quod ſicut. §. præterea. de elect. not. glo. 1. in c. 1. diſt.* 100. vbi Doct.& ex hoc arguit idem dicendum in Epiſcopo ante cõſecratio-
3 nem, † quia inquit, ſicut Archiepiſcopus accipit plenitudinem poteſtatis per alium. *c. niſi, de auct.*
4 *& vſu pallij*; † ita & Epiſcopus ante conſecrationem non dicitur habere Eccleſiam pleno iure, quia contra eum poteſt excipi tempore conſecrationis. *cap. ſuper his de accuſ.* vt dicit glo. *in c. cum in cunctis. §. cum verò, in verbo ad quem ſpectant de elect.* vbi Io. And.Zabarel. Panormit. Dec. n. 6. & Bertachin. *in tract. de Epiſcopo in 4. parte. 3. part. lib. 3. q. 1.*
5 † Item dicit quod congregare Synodum exigit diſcuſſionem maioris inquiſitionis, vt notat Innocẽt. *in d. c. niſi, in fi.* Card. Zabarel. & Imol.; ſed talia, inquit, non videtur poſſe facere electus, & confirmatus ante conſecrationem. *c. tranſmiſſam, de elect.* & ita per hoc fundamẽtum tenet D. Io. Franciſ. Ripa *in c. eam te. col. 2. verſ. iſtud notab. recipit li. 2. interpret.* Abb. *in d. c. niſi, col. 1. verſ. aduerte*, dum allegat d.c. *tranſmiſſam*, alias etiam rationes affert pro iſta negatiua Bott. de Synodo *p. 1. q. 6.* verſ. *ſecundò acceſſoriè* vſque *ad*
6 *num. 31.* † vbi habet inter cætera, quod electus, & confirmatus ante cõſecrationem poteſt vti rocheto, & indumentis lineis *c. clerici officia* verſ. *pontifices, de vita & hon.* contrarium tamen, & affirmatiuam tenet ipſemet Botteus ſecutus Inn. in *d. c. tranſmiſſam, in fi.* verſ. *ſequitur de elect.* & ea potiſſimum ratione, quia conuocatio Synodi eſt meri imperij, quæ omnia poteſt electus confirmatus
7 *per d. c. tranſmiſſam* † Imò poteſt Synodum congregare capitulum Cathedralis ſede Epiſc. vac. vt poſt Io. Franc. Pauin. *de poteſt. cap. ſede vac. p. 1. quæſt. 3. verſ. ex præmiſſis n. 3.* tenet Bott. *vbi ſupra q. 4.*
8 *acceſ. n. 4.* † nec refert quod non poſſit vti indumentis, quia de iure parũ habentur in conſideratione
9 *c. porrectum de regular.* † quinimo prouiſus per Papam ante conſecrationem poteſt conuocare Sy-
10 nodum † quia prouiſio Papæ habet vim electionis & confirmationis *Inn. in cap. cum olim in princ. de*
11 *cauſ. poſſeſ.* † dummodo ſuas bullas expediuerit *extrau. Iniunctæ*
12 *de elect.* † electus autem & confirmatus poteſt adminiſtrare *Belencin. de carit. ſubſid. q. 66. n. 27.*

DVBIVM SECVNDVM

ARGVMENTVM.

Epiſcopus nominatus à regibus, vel electus ſed non confirmatus, non tamen exemptus non poteſt Synodum congregare.

Dubi-

1 DVbitatur 2. an Epiſcopus nominatus à regibus poſſit Synodum cõgregare. Concludit Botteus *de Synodo p. 1. quæſt. 6. n. 36.* quod non poterit congregare Sy-
2 nodum ante prouiſionem Papæ† & idem concludit de electo non confirmato, dummodo non ſit exemptus, & immediate ſubiectus Papæ, vel ſit vltra Italiam in valde remotis partibus, quia tunc poſſet adminiſtrare *per c. nihil. §. ſi. de elect.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus electus, confirmatus, & conſecratus poteſt congregare Synodũ ante apprehenſionem poſſeſſionis, ſi tamen ſit vacua ipſa poſſeſſio, ſecus ſi ſit ab alio occupata.

1 DVbitatur 3. an Epiſcopus electus, confirmatus & conſecratus, qui tamen nondum eſt adeptus poſſeſſionem, poſſit Synodum congregare. Botteus *p. 1. q. 6. n. 39.* reſpondet huic dubio dicens quod ſi alius ſit in poſſeſſione licet iniuſtè, non poterit electus congre-
2 gare Synodum, † at verò ſi poſſeſſio ſit vacua, poterit, niſi obſtet cõſuetudo vt quis ante inſtallationem non adminiſtret, † quia, inquit, confirmatus poteſt exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſco-
3 palis; † imo ſi omittit congregare Synodum eſt ſuſpenſus ab executione officij, vt probatur *in c.*
4 *ſicut in ſi. de accuſ.* † non tamen
5 eſt ſuſpenſus ipſo iure; † ita declarauit Sac. Congreg. Conc. Trid. 27. Martij 1590. in hæc verba *Archiepiſcopus, & Epiſcopus non congregans Synodum venit ſuſpendendus, non tamen eſt ſuſpenſus ipſo iure, nec concilium in hoc*
6 *innouat, vel addit* † & poterit ſuſpẽdi per Archiepiſcopum, cui ſub eſt 34. *diſt. c. 1.* & ibi *Archid. Gemin. & Card. Alexandr. in ſi.* idem Gemin. & Francus *in cap. ſi.*
7 *de excep. lib. 6.* † vbi notat, quod Archiepiſcopus poteſt excommunicare, & ſuſpendere ſuum ſuffraganeum, ſed non remouere ab Epi-
8 ſcopatu. † *Metropolit. verò negligentes conuocare Concilium Prouinciale excitãtur à Summo Pontifice,* ita reſcripſit Sacr. Congr. Conc. Epiſcopo Hiſpalen.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Capitulum ſede vac. poteſt, imo debet ſingulo anno Synodum congregare.

1 DVbitatur 4. an liceat capitulo ſede Epiſcopali vacante congregare Synodum. Botteus *p. 1. q. 6. n. 40.* poſt Pauinum *de poteſt. capituli p. 1. quæſt. 7. verſ. ex præmiſſis, & q. 10. p. 1.* dicit quod poteſt, imo quod debet capitulum ſingulis annis Synodum congregare. Hoc tamen ita eſt intelligendum vt huiuſmodi cõgreg. fieri debeat per Vicarium capitularem, prout ſic declarauit Sacra Congreg. in vna Toletana relata per Gartiam *de benef. p. 9. c. 2. n. 8.*

in hæc verba *Obſeruanda in examinibus faciendis pro Collatione Parochialium Sede Epiſcopali vacante : in primis Capitulum nullam ſibi in hiſce omnib. auctoritatem vindicabit, ſed conſtituet Vicarium infra* 8. *dies poſt mortem* Epiſcopi, *prout mandat Conc. Trid. ſeſs.* 24. *cap.* 16. & inferius ait 6. *Curabit idem Vicarius vt ſingulis annis in Diœceſana Synodo probentur examinatores ſaltem ſex, quibus &c.*

¶ Vtrum autem Vicarius Epiſcopi generalis citra ſpeciale mandatum diœceſanā Synodum congregare poſsit? Reſp. negatiuè cum Henric. Bott. *p.* 2. *n.* 2. Rebuff. *in praxi tit. de forma vicar. n.* 151. Antonio Cucho *inſtit. maior. tit.* 8. *de Vicar. n.* 107. Sbroz. *de Vicario Epiſcopi lib.* 2. *q.* 96. *n.* 1. *Azor. inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 45. *q.* 4.]

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Synodus congreganda eſt infra ſex menſes poſt celebratam Synodum Prouinc. & debet celebrari extra tempora abſtinentiæ, & dies feſtos nec in hyeme, aut tempore collectionis fructuum.

1 Dvbitatur 5. Quonam tempore congreganda ſit Synodus; nam quamuis in iure cautum reperiatur quoad Prouinciale Concil. *c. habeatur & c. propter Eccleſiaſticas* 18. *diſt. & nouiſs. Conc.*
2 *Trid. ſeſs.* 24. *de refor. c.* 2. † de Synodo Epiſcopi nihilominus certi, circa tempus nihil reperitur in Decret. & Decretal. determinatum, nec valet allegare *c. ſi. d.* 18.
3 *& c. ſicut de accuſ.* † etenim ſtatuunt, vt Synodus Diæceſana celebretur poſt Synodum Prouincialem, vt in ea publicentur ſtatuta ipſius Synodi prouincialis, infra ſex menſes à monitionibus: attamen de tempore nihil certi deter-
4 minant: † imo Sac. Congreg. declarauit huiuſmodi decreta Conc. prouinc. non eſſe publicanda inconſulto Romano Pontifice, in vna Florent. in hæc verba. *Decreta, quæ in Concilijs Prouincialibus conduntur publicari non debent inconſulto Rom. Pont. mittentes autem ad Sedem Apoſtolicam Diœceſanas Synodos laudandi ſunt*: Item Concilium Trid. *ſeſs.* 24. *de refor. cap.* 2. *verſ. Synodi*, quamuis Synodos Diœceſanas quotannis celebrari præcipiat, circa tempus tamen nihil omnino ſta-
5 tuit. † Ommiſſa igitur diſpoſitione Conc. Baſilienſis *ſeſſ.* 25. in quo determinatur vt huiuſmodi Synodus celebretur poſt octauam reſurrectionis, vel alia die ſecundum conſuetudinem, ſtante quod non fuerunt recepta eius decreta ab Eccleſia Romana, teſte Bott. *p.* 1. *q.* 8. *verſ. quod ſi nolumus n.* 49. quamuis Fel. *in cap. Rodulphus. verſ. ſed vera de reſcrip.* allegat ſeſſ. 20. dicti Conc. Baſil. tanquàm factam ante ſciſuram ipſius Con-
6 cilij, † dicens ita facere D. Antoninum Archiepiſc. Florentinum oppugnatorem d. Conc. quaſi velit ipſum concilium validum ante ſciſuram; Dicamus cum Bott. *d.*

q. 8.

7 *q.* 8. *p.*1. *de Synodo* † quod debet Epiſcopus determinare tẽpus congruenter congregandi huiuſmodi
8 Synodum † nempe extra tempora quibus vacandum eſt abſtinentiæ, vel contemplationi, puta extra tempus quadrageſimæ, & Aduen-
9 tus,aliorumq.ieiunij dierum † nec
10 non,& extra dies feſtos † nec pariter in hyeme, vel temporibus, quando fruges maturæ pendent, vel calor ſummam vim exercet; quo circa Ill. & D. Meus D.Eraſmus Parauicinus Præſul vigilantiſſimus, ac ſumma prudentia præditus iuſſit, vt in Calendario perpetuo, quod pro huius Alex. Ecc. vſu editũ eſt, perpetuò etiam referatur, & conſtituatur dies celebrandi diæc. ſynodum fer.2. immediatè poſt Dom. 2. poſt paſcha, vel alia ſequenti proxima feria nõ impedita, quo plane tempore, neque frigus, neque æſtus vrget, ne-
11 que fruges animum ſollicitant, † memor quod Epiſcopus, qui plus debito ſuos ſubditos fatigat, non meretur nomen Epiſcopi, aut Pontificis *cap. quia cognouimus* 10. *quæſt.*3.

¶ Porrò ſex menſes non incipiunt currere ſtatim poſt celebratum & diſſolutum conc. prouinc. ſed de his detrahitur tempus, quo Epiſcopus redire potuit ex concilio, quia interim cenſetur impeditus. *DD. in cap. decernimus* 18. *diſt.*
12 † *Synod. Vgol. in prælud. rubr. quotuplex ſit conc. verſ. Nec illi ſex.*]

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Synodus eſt ſemel in anno congreganda, niſi habita ſit prouincialis Synodus, quia tunc Diœceſana eſſet etiam celebranda intra ſex menſes.

1 DVbitatur 6. quoties debeat Epiſcopus celebrare Synodum. Petrus de Palude *in* 4. *ſent. diſt.* 24. *quæſt.* 5. *concluſ.* 9. dicit quod bis in anno debet celebrari per *c. habeatur* 18. *diſt.* & *c. ſicut de accuſ.* & hæc opinio videtur conformis Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 2. *de refor.* vbi diſponitur, vt quotannis Synodi Diœceſanæ celebrentur, & ſic cum pluraliter loquatur, videtur etiam quod debeat
2 pluries in anno celebrari; † nihilominus per ea, quæ tradit Boteus *de Synod. p.* 1. *q.* 9. *n.*52. *contra Palud.* vbi etiam reſpondet, & dat intellectum *d. c. habeatur,* & *c. ſicut*: Contrarium videtur verius. ¶ Aug. Barboſa *de officio & poteſt. Epi. p.* 3. *alleg.* 93. *n.*3. Vgolin. *in ſimili tract. cap.* 48.

Nec obſtat Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *c.* 2. vbi decernit in plurali numero, vt *Synodi Diœceſanæ quotannis celebrentur*; nam reſpondetur, quòd ibi habetur ratio ad Epiſcopos, quia in qualibet Diœceſi debet celebrari, nè putarent Epiſcopi ſatisfactum eſſe Conc. ſi Diœceſanæ Metropolitani fuiſſet celebrata, ſi Conc. eſſet in ſingulari
3 tantum loquutum: † etenim pluralitas aliquando reſoluitur in

B ſin-

ſingularitates *Bart. in l. falſa §.*
4 *fi. ff. de cond.* vel dicamus quod
opinio Paludani fortaſſe habebit
locum, quando Synodus Prouinc.
celebrata fuit poſt Diœceſanam;
5 †quia tunc, vt diximus, debet infra
ſex menſes celebrari Diœceſana,
& in ea erunt publicanda Decreta
prouincialia, *per c. fi. 18. d.* ¶ & ne-
gligens, vel paruipendens hæc fa-
cere ſententia excommunicatio-
nis duorũ menſium curriculo vul-
neratur *per tex. in c. decernimus.*
18. diſt. ſicuto c. quando in fi. 38. d.
Synod. Vgol. in prælud. rubr. quo-
6 *tuplex ſit conc. verſ. & hæc*, & hic
noto quod excõmunicatio poteſt
ferri ad tempus, ſed lapſo tẽpore.
eget omnino abſolutione *Syn. Vg.*
7 *vbi ſupra §. de materia*]† verum
tamen eſt, quòd Epiſcopus poteſt
ſi vult, ex cauſa, bis in anno Sy-
8 nodum celebrare, *arg. glo. in c. ſi*
Epiſcopus de off. ord. in 6. † quæ di-
cit Epiſcopum poſſe, ex cauſa plu-
ries in anno viſitare *idem notat*
gloſ. in *Clem. Attendentes de ſta.*
mon. facit quod notat Card. Alex.
9 *in cap. de concilijs 18. diſt.* † vbi
dicit Concilium prou. poſſe etiam
bis in anno celebrari, ſi neceſſitas
cogit, *Bot. d. quæſt. 9. n. 54. p. 1.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Synodus congreganda eſt per ædi-ctum generale, vel etiam per ſpe-ciales literas Epiſcopi.

1 DVbitatur 7. quomodo ſit con-
gregãda Synodus. Reſp. quòd
congreganda eſt per Ædictum ge-
2 nerale Epiſcopi: † & quòd etiam
poſt vocari per literas ſpeciales
3 eiuſdem Epiſcopi, † & ſufficit vna
citatio, ſeu vocatio *glo. in cap. ſi*
Epiſcopus 18. diſt. de quibus infra
explicatius, in formula habendi
Synodum.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Synodus celebranda eſt in diœceſi, vel etiam extra de licentia Ordinarij loci, hoc tamen verum eſt ſi inſit cauſa.

1 DVbitatur octauò de loco vbi
ſit celebranda Synodus, &
quæritur, an ſit neceſſariò cele-
branda in diœceſi: Boteus de Sy-
nodo. *p. 1. q. 9. n. 57.* tenet quod
poteſt Epiſcopus celebrare Syno-
dum ſuam in quocumque loco ſuæ
diœceſis ſibi beneuiſo, quod planè
probatur *in c. Abbates iuncta gloſ.*
in verbo *vocatione* 18. *quæſt. 2.* ſed
† *ibid. n. 58.* concludit quod poterit
etiam celebrare huiuſmodi Syno-
dum diœceſanam extra diœceſim,
ſi fortè fuerit ex ea pulſus, vel alias
ex cauſa peſtis illam deſeruiſſet
2 † quia Synodum congregare, in-
quit, eſt de lege iuriſdictionis; hoc
tamen ita intelligendum eſt, ſi in-
teruenerit licentia Ordinarij loci,
in quo velit Epiſcopus celebrare
ſuam Synodum, de quo late *Ho-*
ſtien. Io. Andr. & Butr. in c. ex
tuorum de auct. & vſu pal.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Synodus conſueuit celebrari in Eccleſia ſed poteſt etiam extra, & in loco priuato.

1 Dubitatur nonò, an ſit celebranda huiuſmodi Synodus in Eccleſia. Boteus *quæſt. 9. n. 56. p. 1. de Synodo.* videtur concludere quod non ſit neceſſe vt celebretur
2 in Eccleſia; † quinimo dicit quod vbi tractarétur correctiones morum clericorum oporteret vt Epiſcopus congregaret Synodum in loco priuato, clauſiſque oſtijs, ne laici, qui opidò ſunt in feſti clericis *c. laicos 2. q. 7.* audiant crimina
3 clericorum; † at verò quod poſſit in Eccleſia celebrari extat auctoritas Io. Andr. Principis Canoniſtarum *in c. decet de immun. ecc. in*
4 *6.* † quinimo hodie de vniuerſali conſuetudine celebratur duntaxat in Eccleſia, & quidem conuenientius propter actus, qui fiunt in ea,
5 † & maximè propter miſſam ſancti Spiritus, quæ eſt ante illius inchoationem, vt videbimus infra, celebranda.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

De lege Diœceſana ſunt illa, à quibus exempta ſunt monaſteria: lege verò iuriſdictionis ſunt ea, à quibus non ſunt exempta.

1 Dubitatur 10. ex quo diximus eſſe de lege iuriſdictionis Synodum congregare, quænam differentia ſit inter legem iuriſdictio-
2 nis, & legem diœceſanam, † ſtante quod teſte Boet. *de Syn. p. 1. n. 61. q. 9.* hæc vocabula ſunt magiſtralia, & à doctoribus inuenta, *Inn. in c. 1. de ſtat. mon.* Sed vt breuibus hæc expediantur, ommiſſa diſtinctione, quã facit gloſa *in ſum. 10. q. 1.* & gloſ. magna *in c. dilectus de*
3 *off. ord.* † quæ dicit, ea eſſe de lege iuriſdictionis, quę cõſiſtunt in con
4 ferendo, ſeu dando, † quę verò conſiſtunt in faciẽdo eſſe de lege diœceſana, teneamus cũ Inn. *in d. c. 1. de ſtat. mo.* & Io. An. *in d. c. dilectus de off. ord.* quem etiã Bott. & communiter omnes ſequuntur, teſte Panormit. *in d. c. dilectus* verſ. *in*
5 *gloſ. 2. de off. ord.* † nimirum illa eſſe de lege diœceſana, à quibus
6 exempta ſunt monaſteria, † alia verò, à quibus non ſunt exempta, eſſe de lege iuriſdictionis, tametſi D. Card. Zabarell. in *d. c. dilectus de off. ord.* dicit, quod cum non poſſit in hoc dari certa doctrina ille, inquit, qui dicit aliqua eſſe de iure diœceſano, vel iuriſdictionis, ea probare debet, inducendo iura dicentia, quod tale ſit de iure diœceſano, tale autem de iure iuriſdictionis, & ſi nihil probet ſuc-
7 cumbat, † quia niſi probetur aliquid eſſe de prædictis, illud dicetur ſimpliciter eſſe de iure Epiſco-
8 pali. † Verum tamen eſt, quod huiuſmodi leges confunduntur, quippe quę lex iuriſdictionis venit aliquando appellatione legis diœceſanæ *c. de auditis de in int. reſt.* Ne ¶ diutius immoremur remitto pium lectorem ad tract. D. Eraſmi à Kochier *de Iuriſdict. ord. in*

Digitized by Google

exemp. qui ſatis accuratè hoc diſcutit *in q.15. lib.1.* & ad D. Auguſtin. Barboſ. *de off. & poteſtate Epiſc. p.1. tit. 1. c.1. n. 15. & in Collectan. ad cap. 18. de officio ord.* & ad tract. de benef. D. Loterij in rubr. *poteſtas Epiſcopi intra ſuam diœceſim*, qui ad vnguem hoc explicat & reſoluit, quem tractatum iā prælo ſubiecit hoc anno 1626.

DVB. VNDECIMVM.

ARGVMENTVM.

Synodus reſpectu conuocationis eſt de lege diœceſana; at reſpectu eorum, quæ ibi ſtatuuntur eſt de lege iuriſdictionis, quia ad iuriſdictionem ſpectat ſtatuere, & ſtatutis obedientiam iniungere.

1 DVbitatur 11. quid concludendum ſi quæratur an Synodus ſit de iure diœceſano, an de lege iuriſdictionis. Quidam tenēt eſſe de iure diœceſano, *glo. in d. c. dilectus de off. ord.* alij vero tenēt eſſe de lege iuriſdictionis, Hoſt. *in d. c. dilectus de off. ord.* quem refert, & ſequitur Io. Andr. ac alij relati per Bott. *p.1. n.61.* verſ. *con-*
2 *trarium*, † ſiquidem vocare ad Synodum eſt tanquam pręambulum, & acceſſorium iuriſdictionis: Alij dicunt, quod eſt mixta, Hoſt. *in c. quod ſuper his de ma. & obed.* quē ſequitur Io. Andr. & Abb. ibid. & Card Alex. *in c Epiſcopus 18. diſt.*
3 *apud Bott. ibi*; † nam Synodus, inquit, in eo quod eſt Synodus, eſt
4 de lege diœceſana, † in eo verò quod ibi aliquid ſtatuitur, vel ordinatur, eſt iuriſdictionis; idem annuit Abb. *vbi ſup.* dum ait Synodum Epiſcopi reſpectu conuocatiōis eſſe de lege diœceſana, ac proinde non poſſe compelli exemptos ad eam venire, niſi ſit cauſa
5 rationabilis; † reſpectu autem eorum; quæ ibi ſtatuuntur, eſſe iu-
6 riſdictionis, † quia ad iuriſdictionem ſpectat ſtatuere, & ſtatutis obedientiam iniungere. Sed Card. Turrecrem. *in d. c. 1. 10 q. 1.* declarat Hoſt. dicens quod conuocatio actiua ad Synodum eſt de lege iuriſdictionis; obligatio autem obediendi vocationi eſt de lege diœ-
7 ceſana; † quia inquit, lex diœceſana conſiſtit in recipiendo honorem; ſed hanc declarationem non approbat Bott. quinimo dicit parum eſſe de ea curandum, quippe quę eſt contra mentem Hoſtienſis *in d. c. quod ſuper his de ma. & obed.* enimuerò per eam concor-
8 dantur opiniones, † & iudex inter varias opiniones ſi mediam eligit benè facit. *Anch. in conſ. 120.* quē ſequitur Fel. *in c. 1.* verſ. *2. nota de conſtit.* & facit gloſ. *in l. Neſennius ff. de neg. geſt.*

CAPVT III.

Quinam ad Synodum venire teneantur, quauè pœna, & an aliqui excuſentur.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper omnibus Eccleſijs ſua diœceſis, & ea propter omnes clerici ſunt ei ſubditi.

Quia

1 QVia diximus in deſcriptione Synodi, quod Epiſcopus illā celebrat cum ſuis ſubditis; modò o currit dubitari, quinam dicantur ſubditi Epiſcopo. Bott. hoc quærit *in tract. de Synod. p. 1. q. 9. n. 65.* & reſpondet, quod omnes clerici alicuius diœceſis ſunt ſubditi Epiſcopo illius; quia Epiſcopus habet in iure fundatam intentionē ſuper omnibus Eccleſijs ſuæ diœceſis, adeo quod aſſerenti contrarium incumbit onus probandi *c. ſi perſonæ. §. ſi vera, & ibi Gem. & Franc. not.* 1. *de priuil. in* 6. facit *c. omnes baſilicæ* 17. *q.* 7. & appellatione clericorum ex larga ſignificatione, veniunt omnes clerici cuiuſcunque gradus *Abb. in cap.*
2 *bona el* 1. *de poſtul. prælat.* † Illud tamen aduertendum eſt, quod ex eo, quod quis accedit ad Synodum Epiſcopi, eſt ſignum ſubiectionis, & probatur hoc *in c. ſi. de cauſ. poſ. Nic. de mil. in ſuo repert.* in verb. *Epiſcopus §. 6.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Quinam teneantur venire ad Synodum diœceſanam, accuratè oſtenditur.

1 DVbitatur ſecundò quinam venire debeant ad Synodum. Bott. de Synodo *par.* 2. *in princ.* hoc quærit, & dicit quod primò intereſſe debet Epiſcopus per *c. Epiſcopus.* 35. *q.* 6. & putat quod ex cauſa poterit intereſſe Vicarius pro Epiſcopo *arg. c. ſi Epiſcopus de off. ordin. in 6.* vbi Vicarius poteſt viſitare nomine Epiſcopi; Admonet tamen Epiſcopum *ibi nu.* 3. vt videat cui demandet, quia, inquit, ſi Vicarius delinquit in illo negotio, Epiſcopus tenetur ipſe *arg. l.* 1. *ff. de exercit. act.* cum alijs iuribus ibi allatis.

2 Secundò venire debent Abbates habentes cappellas, vel populum ſubiectum Epiſcopo ſub ſe, ſiue Abbates ſint exempti, ſiue nō *tex. in c. ex ore de priuil. & c.* 1. iuncta gloſ. in verb. *inſtituta, de priuil. in* 6. & gloſ. *in cap. quod ſuper his de ma. & obed.* Eraſ. à Kochier *de iuriſd. ordinarij in exemptos p.* 4. *q.* 19. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c.* 48. *§.* 2. *n.* 1. Aug. Barb. in *collect. d. c. quod ſuper his, de ma. et obed.* late Synodia Vgol. *in præl. rub. quotuplex ſit concil. §. quod de*
3 *Abbatibus*, † niſi eſſent ſpecialiter priuilegiati, vt non deberent venire ad Synodos Epiſcopi vt *in c. quoniam per confeſſionem de priuilegijs*, & in *c. nimis de exc. præl.*
4 vel niſi eſſent iam in poſſeſſione, & conſuetudine non veniendi.
5 Et adeo arctantur Abbates venire ad Synodū, vt teneantur, quamuis habeant etiam alios Abbates ſub ſe *Lap. inter conſ. Feder. conſ.*
6 89. † Nec refert vtrū fuerint ſpecialiter vocati, nec nè, modo generaliter vocētur *Inn. in d. c. quod ſuper his de ma. & obed.* & ſufficit, vt diximus ſup. *dub.* 7. vnica vocatio, ſiue citatio *gloſ. in c. ſi Epi-*
7 *ſcopus* 18. *diſt.* † Excipiuntur Abb. ord. Ciſtercien. *glo. in c. Epiſcopus el* 2. *d.* 18.
8 Tertiò venire debēt Monaci trā-

ſlati

Digitized by Google

ſtati ad Eccleſias Parochiales *c. de monachis 16.q.1.* ſimpliciter tamē monaci, ſeu etiam mendicantes non poſſunt cogi, niſi fortè fieret Synodus ex cauſa fidei, vel alia ſimili, arg. eius quod notat Archid.
9 *in cap. quando 38. diſt.* † vbi dicit, ire ad litanias, ſeu proceſſiones, & venire ad Synodum æquiparari. *Synod. Vgol. vbi ſupra §. quo ad alios.*
10 Quartò debēt venire omnes Prælati ſæculares ſecundum Imol. *in cap. graue verſ. ad Synodales de præb.* & Epiſcopus debet de eorum conſilio omnia gerere *c. fi. 18. diſt.*
11 † appellatione enim presbyterorum comprehenduntur Prælati ſæculares *arg. c. legimus 93. diſt.*
12 Strictè tamen Prælati dicuntur, qui habent iuriſdictionem contentioſam, glo. in verb. *prælati in Cl. dudum de ſepult.* largè autem dicuntur etiam Rectores Parochia-
13 lium Eccleſiarum, † ſed hic intelligitur de Prælatis ſtrictè, quia ipſi ligantur ſtatutis Epiſcopi, & debēt corrigere ſubditos ſuos ſecundum ſtatuta Epiſcopi *c. quod ſuper his de maio. & obed.* Bott. *de Synodo p. 2. n. 15. in princ.*
14 Quintò debent venire Parochi, & alij ſacerdotes exercentes curam animarum, *d. c. quod ſuper his de ma. & obed.* etiamſi ſint præſentati per exemptos *ſecundum Archid. & Io. Andr. in c. 1. §. illū de verb. ſignif. in 6* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 9. n. 13,* Vgol. *d. cap. 48. §. 4. n. 1.* Barboſ. *de off. & poteſtate Epiſc. p. 3. alleg. 193. n. 3. & 4. & in collect. dict. c. quod*
15 *ſuper his n. 4.* † alij vero ſacerdotes non beneficiati non tenentur venire, niſi Epiſcopus vellet procedere ad reformationem morum, tūc enim poſſent cogi omnes, etiam clerici, *Abb. in d. c. quod ſuper his de mai. & obed.* ita intelligenda ſunt, quæ tradunt Innoc. *in d. c. graue de præb.* & poſt eum Io. And. & Zabarell. vbi dicunt, quod ad Synodum vocandus eſt totus clerus, *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 2.* verſ. *Synodi quoque.*
16 Sextò debent venire omnes, qui obtinent beneficia ſimplicia; Illud tamen omninò ſciendum eſt, quod non ſemper tenentur venire, vt latè probat Botteus *d. 2. p. in princ. n. 18.* auctoritate Zabar. niſi agatur de reformatione morum, vel de aliquo concernente vniuerſum clerum; vel certè niſi publicanda ſint decreta Synodi prouincialis *Michael Thomaſius in tract. de conc. & Synod. diœceſ. fol. mihi 136.* vbi recenſet eos, qui ad Synodum vo-
17 candi ſunt, dicens. † *Ad Synodū diœceſanam vocandi ſunt omnes Parochi, Abbates, Priores Ordinum, maximè ſi habent aliquas Parochiales ſuis monaſterijs vnitas; & Canonici Eccleſiæ Cathedralis, illi quidem, qui ad ſacros ordines promoti erunt, & Eccleſiam nullo ſcandalo læſerint, nam illi, qui ſacris non ſunt initiati, aut aliàs aliquo ſingulari vitio notati fuerint, ad nullam rem grauiorem Eccleſiaſticam admitti debent; de qua etiam probatiſſimi Sacerdotes non ſunt excludendi; nam tametſi in illis Canon. legamus omnes presbyteros vocandos eſſe, ſatis tamen eſt ſi ex vnaquaque*

quaque Parochia ille, qui Caput eſt, accedat, cum omnes venire nō poſſint, & vt probatiſſimi quiq. Sacerdotes Eccleſiæ Cathedralis admittantur; nam alij potius perturbarent Synodum, quàm iuuarent: & inferius ait *omnes ſacerdotes Eccleſiæ Cathedralis admitti non debent, & qui ſint idonei, vt admittantur ex Cathedrali, vel diœceſi, nemo poteſt melius, quàm Epiſcopus iudicare, quam ob rem videant Epiſcopi, vt præter Parochos, & Canonicos, non eligant niſi probatiſſimos aliquos ſacerdotes, ac doctos, nam ſi aliter fecerint, eis iuſtè, ſicut de metropolitano diximus, repugnari poterit.* hæc Thomaſius: Botteus verò *de Synod. p. 2. in princ. n. 22.* ait inferri videtur, vt Canon. Cathed. non teneantur venire ad Synodum
18 Epiſcopi. † quia Canonicatus dicuntur beneficia ſimplicia, *Abb. in*
19 *c. nouum genus de decimis*, † nec ſubſunt Epiſcopo, ſicut nec cæteri habentes ſimplicia beneficia, iure diœceſano, cum non habeant Eccleſias, quarum nomine teneantur ad Cathedraticum, & ad quotam decimarum, & ſimilia, *vt in c. conquerente de off. ord.* ſed *ibid. n. 23.* limitat hoc dictum, quando tractaretur de negotio tangente Canonicos, quia, inquit, tunc deberent intereſſe, ſicut vocari debent ad Synodum Prouincialem, ſiue tractentur tangentia eos, ſiue non in ipſa Prouinciali Synodo, *per c. fi. 18. diſt.* ponderando dictionem *maximè* ibi poſitam, quæ impor-
20 tat idem eſſe in cōtrario, † & verbum *debeant*, quod importat ne-
21 ceſſitatem; † ac tandē *ibid. n. 24. d. p. 2. in princip.* verſiculo *quid tenendum*, putat Canonicos Cathedralis eſſe de neceſſitate vocandos, ipſos tamen non teneri venire, niſi de honeſtate, vel niſi tractentur tangentia eos, aut opus ſit Epiſcopo illorum conſilio, aut habeant populum, vel capellas ſub
22 ſe, Epiſcopo tamen ſubditas, † aut vellet facere Epiſcopus ſtatuta,
23 † quia in eo caſu tenetur requi-
24 rere conſilium ſui capituli, † alioquin non valerent, *arg. cap. quan-*
25 *to de his quæ ſi. à præl.* † niſi Epiſcopus præſcripſiſſet huiuſmodi conſilium non quærere, *Anchar. in*
26 *repet. cap. 1. de conſtitut.* † aut Canonici haberent iuriſdictionem dependentem, aut reſortiſſantem ab Epiſcopo, vtpotè quia appelleretur ab ipſis ad Epiſcopum, *iuxta*
27 *c. Romana §. 1. de appell. in 6.* † aut certè haberent iuriſdictionem communem in aliquibus locis diœceſis cum Epiſcopo, vti habent Can. Lugdunenſes, qui habent iuriſdictionem ſuper clerum cum Archiepiſcopo Lugdunenſi Bott. *de Sinodo p. 2. n. 29.*

28 A fortiori non tenentur venire Canon. Eccleſiæ Collegiatæ, quia non ſolum dicuntur habere beneficia ſimplicia, ſed etiam dicuntur clerici ſecundi gradus *Card. Ale-*
29 *xand. in c. Epiſcopos 17. diſt.* † nec vocantur ad Conc. Prouinc. *Zab. in c. fi. not. 1. de his quæ fi. à præl.* niſi eſſent in caſibus, de quibus diximus de Canonicis Cathedralis.

30 De capitibus autem ipſarum collegiatarum habentibus curam animarum, vel iuriſdictionem dependen-

pendentem ab Epiſcopo, concluditur, quod tenentur venire.

31 Addit Bott. *d. 2. p. n. 37. & 39.* quod ad Synodum debent venire, qui ex conſuetudine accedere ſolent, vt probatur *in c. fi.* 18. *q.* 2.

32 † & ad inducendam talem conſuetudinem ſufficiunt 10. anni, quia eſt præter ius; niſi ageretur de Abbate exempto non habente populum, vel capellas ſub ſe, vel de Mendicantibus, quia tunc requiritur conſuetudo 40. ann. quia eſt cõtra ius, *Dd. in d. c. fin. de conſue.*

33 Item debent accedere, qui velint proponere querelas contra aliquos, & de eiuſdem rationem habere volunt *c. propter Eccleſiaſticas el 2. d.* 28.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Laici non admittuntur in Synodo de neceſſitate, ſed de quadam congruentia.

1 Dvbitatur tertiò, an laici ſint admittendi Bott. *de Syn. p.* 2. *n.* 38. *poſt Io. Andr. in c. fi. de his quæ fi. à præl.* tenet quod non admittuntur, quando tractatur de correctione morum, aut de nego-

2 tijs clericorum, † quamuis poſſint admitti, quando publicantur ſtatúta ædita in Synodo Prouinciali, *per c. fi.* 18. *diſt.* vel quãdo tractantur negotia tangentia laicos *Abb. in c. quod ſuper his de ma. & obed.* Synod. Vgol. *in prælud. rub. quatuplex tit. conc. §. quoad alios ver. ad quid laici.* Hoc tamen intelligendum eſt, vt non debeant interuenire de neceſſitate, ſed de qua-

3 dam congruentia, † quia ſufficit, vt laicis nuncientur per clericos ea, quæ in Synodo fuerunt ordina-

4 ta, ſicut etiam ſufficit, vt curati publicent populo, & cæteris Eccleſiaſticis ſtatuta Epiſcopi, prout etiam faciunt Epiſcopi de ſtatutis Concilij generalis, vel Prouincialis. † Qui tamen non tenentur legere tota verba ſtatutorũ, ſed ſufficit, vt tantummodo legãtur ſubſtantialia. *Bal. in cap. vltra tertiam de teſta. Bot. de Synodo p. 3. actu 6. num. 36.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Vicarius Epiſcopi in Synodo debet præcedere omnes Dignitates, & Canonicos.

1 Recenſuimus ex Boteo, & Thomaſio eos, qui venire tenentur ad Synodum diœceſanam; nec inter eos reperui nominari Vicarium Epiſcopi, modò dubitatur an debeat Vicarius Epiſcopi interuenire in Synodo D. Hercules Mareſcotus *lib. 1. c. 69. n. 3. var. reſol.* ait quod Vicarius Epiſcopi non eſt de illis, qui intereſſe debent in Synodo, quia inquit, in multis locis fit mentio de illis, qui vocandi ſunt, & inter eos nullibi, reperitur vocandum eſſe Vicarium Epiſcopi; allegans pro hoc quamplurima iura, & doctores, & ſignanter Famaguſt. *in tract. de conc. tit. qui in concilio ſint vocandi,* verſ.

in con-

Digitized by Google

in concilijs autem Synodalibus, vbi, inquit, ponit omnes vocãdos, & nihil dicit de Vicario, & vult confirmare hoc ſuum dictum plurium Synodorum diœceſanarum antiquitus celebratarum auctoritate, & præſertim *Antiſiodoren.* quæ fuit celebrata anno ſal. *616.* & *Selaguſtadien.* quæ habita fuit anno 1023. ſed re vera, pace tanti doctoris, non eſt excludendus Vicarius Epiſcopi à diœceſana Synodo, tum quia D. Mareſcotus nõ adducit aliquod ſpeciale ius, per quod Vicarius excludatur: tum quia eſſe potuit vt in præcitatis Concilijs, ſiue Synodis adfuerit Vicarius vti Abbas, vel Canonicus, vt nos inſtruit quotidiana experientia, quod Vicarij Epiſcopi qui ſunt etiam Canonici, vel de aliquo Capitulo, quamuis re vera Synodo interueniant, non tamen vocantur in vocatione cleri, tanquã Vicarij, ſed ſub ſuo Capitulo.

2 Nec refert quod Synodus Selagu ſtadien. diſponat his verbis, *Ingrediatur Epiſcopus ſi voluerit, vel ſi neceſſitas exegerit, & ſi non adſit Epiſcopus, eius Vicarius eadem faciat*, quam planè auctoritatem inducit Mareſcot. *ibi n.4.* ad excludendum Vicarium à Synodo, quia reſpondetur quod hoc poteſt habere locum pro præſidendo ipſi Synodo, non autẽ pro ſimpliciter etiam vti Vicarium intereſſendo.

3 Sed quid eſt amplius ambigendum, quando iam, teſte Io. Aluiſio Riccio *in prax. præcedentiarum reſol.* 557. ſęl. rec. Clem. VIII. ſacraque Rituum congregatio declarauit *Vicarium Epiſcopi debere in Synodo præcedere omnes dignitates, & Canonicos*? cũ itaque diſponat illum debere præcedere, intendit in conſequentiam poſſe interuenire.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Obedientia non poteſt præſcribi vt nemini exhibeatur, ſed vt alij quam Epiſcopo exhibeatur, poteſt equidem præſcribi.

1 DVbitatur quintò, an illi, qui alias tenentur venire ad Synodũ, poſſint tueri ſe aliqua præſcriptione, qua minus teneantur venire. Bott. *p.2.num.*40. concludit negatiuè, duabus potiſſimum
2 rationibus. Prima, quia in Synodo præſtari debet obedientia *c. quod ſuper his, de ma. & obed.*
3 † ſed obedientia, inquit, non poteſt præſcribi *c. nõ liceat, de ma. &*
4 *obed.* † vbi Barb. plures Doctores refert *num.*3. Secunda, quia in Synodo debet perſolui Cathedraticum, quod etiam non poteſt præſcribi, *arg. Auth. multo magis C.*
5 *de ſacroſanct. Eccl.* † vbi potentior eſt prohibitio in cauſa, quam in cauſato: poſſent equidem præſcribere quando ire deberent ad Synodum alicuius, qui ius illum
6 celebrandi præſcripſiſſet; † nam quamuis obedientia non poſſit præſcribi per ſubditum, poteſt tamen præſcribi quod alteri quam
7 Epiſcopo reddatur, † ſtante quod poteſt per inferiorem præſcribi

ius viſitandi, & procurationem exigendi; † quinimò, & merum imperium in certa parte alicuius
2 Diœceſis nomine ſuæ dignitatis quis poteſt præſcribere, *Abb. in c. cum contingat de foro compet.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

In Synodo poteſt interueniri per procuratorem; quamuis tutius ſit interuenire perſonaliter.

1 Dvbitatur ſextò, an teneantur interuenire perſonaliter. Bott. *de Synodo p.2. num.* 40. dicit, quod poſſunt interuenire per procuratores, & vſu iam compertum eſt, vt admittantur Procuratores; inquit nihilominus, quod tutius eſt vt interueniant perſonaliter, propter ſtatuta, quæ ibi fiũt, quibus contradicere poſſunt, ſi eis ſint nociua, *arg. c. Nicæna* 31. *diſt.* per ea, quæ notat Imol. *in ſæpius alleg. c. quod ſuper his de ma. & obed.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Qui ad Synodum non veniunt, poſſunt excommunicari.

1 Dvbitatur qua pœna ſint plectendi, qui ad Synodum non veniunt. Bott. *d. p.2. num.* 50. *& ſeq.* dicit, quod debent excommunicari, *per tex. in c. fi.* 18. *d. & c. ſuper his, de ma. & obed.* quod ampliat etiam ad illos, qui veniunt, ſed non in termino competenti, *c. placuit, & c. ſi Epiſcopus* 18. *diſt.* id tamen declarandum eſt, quando veniunt Synodo
2 iam penitus abſoluta; † nam ſi veniunt ante illius dimiſſionem, non puniuntur quia præſumuntur impediti, *argum. l. Diuus ff. de in integr. reſt.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

In pluribus caſibus hic relatis remiſſiuè, excuſantur illi, qui non conueniunt ad Synodum.

1 Dvbitatur octauò, an excuſentur in aliquibus caſibus. Bot. *de Synodo p.2. num.* 56. hoc quærit, & ibi recenſet quamplurimos caſus, in quibus excuſantur non venientes ad Synodum, ad quos remitto lectorem, nam hic, vt alias pollicitus ſum, intendo duntaxat aliqua referre, quæ magis ſcitu digna ſunt, & reſpiciunt legitimam celebrationem Synodi, vt habeatur certitudo, quandò examinatores in ea electi, & probati, dicantur Synodales, & legitimè electi in Synodo.

CAPVT IV.

Quæ debeant in Synodo tractari, & quomodo ſit abſoluenda, & dimittenda Synodus.

DVBIVM

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

In Synodo Diœceſana eliguntur Examinatores: item Iudices; ac alij fiunt actus, qui ſigillatim recenſentur.

1 Dubitatur 1. quæ debeant tractari in Synodo. D. Michael Thomaſ. *in tract. de Conc. ſiue de ratione haben. Conc. fol.* 139. dicit, quod præter ea, quæ ex iure antiquo, & communi, tractari poſſunt in Synodis, Decretum eſt in Conc. Trident. vt tria, quæ maximi mo-
2 menti ſunt in eis agantur. † Primum, vt eligantur examinatores promouendorum ad Parochiales Eccleſias, de quibus *in c.* 18. *de ref. ſeſſ.* 24. *& ego latè ſupra in praxi habendi concur. requiſito* 11. *per totum*. Alterum, vt in ea poſſit id, quod pium, & honeſtum fuerit, prouideri in Eccleſijs, quæ onere dicendi infinitas miſſas præſſæ, ſeu aggrauatæ reperiuntur, vt in *c.* 4. *de ref. ſeſſ.* 25. Tertium, vt in ea eligantur Iudices, quibus cauſæ committi poſſint à S. Sede Apoſt. & eius Legat. *vt eſt in c.* 10. *de refor. ſeſſ.* 25. & dicit quod, ſi alia quàm hæc agerentur, non propterea futura eſſet inutilis huiuſmodi conuocatio Synodi; in ea prætęrea, inquit, agi poterunt multa, quę pertinebunt ad reformandum totam Diœceſim, in quibus, vt rectè omnia agi poſſint, Epiſcopus, præter eam notitiam, quam habebit eorum, quæ indigent reformatione, poterit aſſumere ſeptem, vel plures maturiores, honeſtiores, ac veraciores viros, & eos poterit aſtringere iureiurando, vt quidquid nouerint, vel audiuerint fieri in Diœceſi contra volũtatem Dei, & rectam Chriſtianitatem, indicent Synodo, *vt habetur in c. Epiſcopus in Synodo* 35. *q.* 6. hæc ille.

3 Sed non aduertit, quod Conciliũ Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de ref. c.* 3. *ver. cœteri*, ſtatuit, vt in Synodis Diœceſanis emittatur profeſsio fidei, iuxtà articulos in conſtitutione fęl. rec. Pij IV. quàm affero infrà *c.* 5. *hoc tract.*

4 At Bot. ſuper his texuit abundè tertiam partem ſui tractatus *de Synodo*, & diuiſit Synodum in XVIII. actus, quos facit Epiſcopus in Synodo.

5 Primus eſt, vt celebretur Miſſa de Spiritu ſancto.

Secundus, vt dicatur Pſal. *Saluũ me fac Deus*.

Tertius, vt Epiſcopus ſit indutus Epiſcopalibus indumentis.

Quartus, vt vnuſquiſque ſedeat ſecundum ſuam prærogatiuam.

Quintus, vt fiat ſermo.

Sextus, vt legantur Decreta facta in Conc. Prouinc.

Septimus, vt audiantur querelæ.

Octauus, vt vocẽtur nominatim omnes, qui debent intereſſe Synodo.

Nonus, vt mores clericorum corrigantur.

Decimus, vt præſtetur reuerentia, & obedientia Epiſcopo.

Vndecimus, vt eligantur teſtes Synodales, quod etiam præſtandũ eſt ex Conc. Prou. Med. IV. hoc tit.

C 2 Duo-

Duodecimus, vt Parochi reddãt rationem de Officio ſuſcepto, & de miniſtratione Baptiſmi.

Decimustertius, vt Cathedraticum ſoluatur.

Decimusquartus, vt agatur de alienatione rer. Eccleſiarum.

Decimusquintus, vt enuntietur Paſcha futurum.

Decimusſextus, vt de interruptione præſcriptionis caueatur.

Decimusſeptimus, vt debeat occurrere dogmatibus hæreticorũ.

Decimusoctauus, & vltimus, vt faciat ſtatuta; ſed nihil planè dicit de eligendis examinatoribus Synodalibus, quippe qui ille tractatus præceſsit tempus Sacr. Conc. Trident. per quod nouiſsimè ſtatutum eſt, vt eorum electio fiat ſingulis annis in Synodo Diœceſ. *c.18. de refor. ſeſſ.24.*

Concludere itaque poſſumus cũ Thomaſ. loc. cit. quod ſufficient ea, quæ ipſe recenſet, addito actu emiſsionis profeſsionis fidei: & licet multa ex his, quæ tradit Bot. abierint in diſſuetudinẽ. Lubet nihilominus nonnulla dubia excitare circa actus prætactos.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Miſſa de Spiritu ſancto eſt de ſolemnitate Synodi, ſed non de neceſſitate.

1 Dvbitatur ſecundò, an Miſſa de Spiritu ſancto ſit neceſſariò celebranda, & videtur quod ſic *arg. c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ.* vbi diſponitur, quod Capitulum congregans ſe pro electione ſui Prælati, prius faciat celebrare Miſſam de Spiritu ſancto,
2 † quia in initio cuiuſuis grauis operis, fieri debet fundamentum à Deo *c. non licet 25. q.6.* nihilominus dicendum eſt quod huiuſmodi Miſſa ſit quidem de ſolemnitate, & decentia, ſed nuſquam de neceſsitate, ſicuti in electione eſt de neceſsitate, *per not. in c. quia propter, de elect. Bot. de Synodo p. 3. num. 4.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Pſalmus Saluum me fac *eſt de ſolemnitate, non de neceſſitate Synodi: idem de Litanijs.*

1 Dvbitatur tertiò, an Pſalmus *Saluum me fac*, & Litaniæ ſint de neceſsitate, & videtur pariter quod ſic, nam in Pontificali ponuntur in forma habẽdi Syno-
2 dum; † Pontificalis autem liber eſt authenticus, & ideo facit fidem, & poſt allegari *gloſ.* in verb. *pontificale in Clem. 1. §. nos eoſdem*
3 *de iureiur.* † imò propter iſta, & multa alia, quæ fiunt in Synodo, Horæ Canonicæ poſſunt dici alijs temporibus, & horis, quàm alias de iure dici deberent, ne Synodus impediatur *Henric. Boic. in cap. 1. de celebr. Miſſ.* ſed idem concludendum, quod de Miſſa dictum eſt.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus vt ſit indutus pontificalibus non eſt de neceſſitate.

1 DVbitatur quartò, an ſit neceſſarium vt Epiſcopus ſit indutus pontificalibus indumentis: videtur quod ſic, *ad not. per Hoſtien. in c. quod ſicut, de elect.* 2 † imò, & alij prælati exiſtentes in Synodo deberent ſtare cum indumentis ſuæ dignitatis, *per ca. vt* 3 *Apoſtolica, de priuil. in 6.* imò qui vult obtinere prærogatiuam in proceſsionibus, debet ire cum indumentis gradui ſuo conuenientibus, vt notat Card. Alexandr. *in c. Epiſcopus 17. diſt.* nec arbitror hoc eſſe de eſſentia Synodi, ſed benè de ſolemnitate.

Quo autem amictu & ornamentis Abbates exempti intereſſe debeant, *vide Specul. de periuil. p. 4. n. 6. Boer. de auctorit. magni Conſilij p. 1. n. 13.*

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Sedere ordinatim in Synodo non eſt de neceſſitate, ſed de congruentia.

1 DVbitatur quintò, an ſit neceſſe, vt ſedeant ordinatim. Dicamus quod non eſt de neceſſitate, ſed tantum de quadam con-
2 gruentia; † nam ordo dignitatis debet attẽdi *C. vt dignitatis Ordo ſeruetur lib. 12. Bott. p. 3. num. 9.*

¶ Dubitari non abs re poterit, quando Vicarius dicatur habere
3 iuriſdictionem ordinariam? † Diximus *in Praxi in dub. 30. n. 5. requiſ. 7* quod Vicarius Epiſcopi aliquando dicitur delegatus, & quod talis eſſe videtur in collatio-
4 nibus beneficiorum, † quippe qui non poteſt conferre niſi huiuſmodi facultas ſit illi ſpecialiter commiſſa *c. cum in generali 3. de Off.*
5 *Vic. in 6.* † ac propterea non dicuntur idem Conciſtorium quo ad omnia *glo. in c. ſi contra vnum verſ. idem appellari 4. de Off. de*
6 *leg. in 6.* † quinimo Epiſcopus poteſt prohibere Vicario, ne iudicet, ſed non e contra *l. iudicium ff. de iudic. c. 1. §. officiales de off. ord.*
7 *in 6.* † Verum enim verò quia poteſtas Vicarij maior eſt quam delegati Epiſcopi *glo. in d. c. 1. §. of-*
8 *ficiales verb. obſeruari* † etiam ſi fortaſſe eſſet minor ordine *gloſ.*
9 *ibid., verbo, non attentent,* † ideo non inutile duxi hic excitare dubium quandonam cenſendus ſit Vicarius eſſe ordinarius, quãdouè
10 delegatus. † hoc dubium tactum fuit *in deciſ. 2. de off. Vic. apud 60. mem. Illuſtriſsimum Creſent.* vbi poſtquam dictum fuit quod Vicarius dicitur delegatus in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum *ad not. in c. 2. de conſ. & deciſ. 371.*
11 *alias 7. de off. Vic. in nou.* † in ijs autem quæ veniunt ſub generali conceſsione dicitur ordinarius. *Dec. in c. dilecti, de appell. Sbroz. de off. Vic. lib. 2. quæſt. 59. vbi te-*
12 *ſtatur de communi.* † tandem Rota deuenit ad eam diſtinctionẽ, nimirum quod aut data fuit Vicario

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rio iurisdictio ſimul generalis etiam in caſu, in quo ſpeciale requirebatur mandatum, & tunc dicitur ordinaria in omnibus, vt magis dignum trahat ad ſe minus dignum *c. quod in dubiis de conſecr. Eccl.* vt vniformis ſit intellectus vnius auctoritatis *ad c. finis verſ. vt ergo, de pœnit. diſt. 4.* Aut data fuit ſeparatim, & tunc cenſeatur delegata *ad not. per Io. Andr. in addit. ad Spec. in rubr. de off. Vic. verſ. dubitari videtur*, & latè Gemin. & Franc. *in c. 2. tit. eod. in 6.*

13 Porrò ex gloſa *in c. 3. in ver. non poſſunt, de off. Vic. in 6.* videtur quod ordinaria poteſtas Vicarij Epiſcopi dicenda ſit illa, quæ tranſit ad Capitulum ſede Epiſc. vac.

14 Quod ſi Vicarius aſſereret in ſuis literis ſe aliquid feciſſe auctoritate ordinaria, quod aliàs nullatenus agere poterat ſine ſpeciali mandato, vtpote, ſe diſpenſaſſe cum illegitimo ſuper defectu natalium ad conſecutionem minorũ ordinũ, & ſimplicis beneficij, quod ſibi agere non licet ſine ſpeciali mandato *c. cum nullus, de temp. ord. in 6.* an ſit illi credendum, & maximè vbi de illius facultate non apparet, neque per literas, neque

15 per teſtes † tunc, quamuis ordinario, vel officiali non credatur, etiam in ijs, quæ ſpectant ad ſuum officium, niſi quando omnia, & ſingula narrata eodem tempore, & contextu interuenerint *ad deciſ. 397. de prob. in antiq. & 22. tit. eo. in nou. & not. per Inn. in c. quo-*

16 *niam contra, de probat.* † nihilominus in dubio iudicium erit pro actus validitate, & maxime in rebus modici præiudicij, vti eſſet in conferendis ordinibus *ad not. per Dd. & Abb. in c. poſt ceſſionem de prob. Rot. in d. deciſ. 1. Creſcent. num. 6. & ſeq.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Ordo ſedendi in Synodo recenſetur: & diſputatur de precedentia inter Vic. Epiſc. & Abbates.

1 Dubitatur ſextò, quinam Ordo tenendus ſit in ſedendo. Bott. *de Synodo p. 3. num. 10. & ſeq.* aſsignat locos.

2 Et primum locum aſsignat Epiſcopo tanquam Capiti ipſius Synodi *argum. c. nouit de his quæ fi.*

3 *d prel.* † & etiam vti Capiti totius Diœceſis, cuius membra ſunt ſubditi, *vt not. in ca. cum non*

4 *liceat, de præſcript.* † & quia eſt maioris dignitatis, ſedere proinde debet in loco eminentiori, vt ſuperioritatem deſignet, *c. ſolita, & ibi Imol. de ma. & obed.*

5 Secundum locum aſsignat Abb. *per c. fi. de off. deleg. in 6.* inter quos exempti ſedere debent ante non exemptos *c. vt Apoſtolica de*

6 *priuil.* † ideſt à dextris, quia eſt honorabilius, quàm ſedere à ſiniſtris *glo. 3. in l. decernimus C. de*

7 *ſac. ſanct. Eccl.* † & magis propè Epiſcopum; nam qui magis participat de capite debet eſſe magis vicinus, vt ars imitetur naturam *argu. l. qui bis idem ff. de verb. oblig. allegat. per Bott. vbi ſup.*

Ter-

8 Tertium locum aſcribit Vicario Epiſcopi, quippe qui eſt conſtitutus in dignitate *Vital. in Clem. Et*
9 *ſi, de reſcr.* † & habet iuriſdictionem ſuper omnem Clerum Diœ-
10 ceſis, † & præfertur Archidiacono, & cœteris omnibus Clericis *Bott. p. 3. num. 22.*

11 Sed re vera conuenit; quinimò debetur Vicario Epiſcopi, non tertius, ſed quidem ſecundus locus, nam ſi, vt vidimus, magis debet eſſe viciñus, qui magis de capite participat. Hoc planè verificatur, non in Abbate, ſed in Vicario; etenim Vicarius, & Epiſcopus ſunt vna eademque perſona; *Nauarr. de ma. & obed. conſ. 3. Rot. in nouiſſ. deciſ. 200. n. 4. p. 1. Pariſ. de re-*
12 *ſignat. lib. 7. q. 24. num. 79.* † & ip-
13 ſius radijs corruſcat, † facitque cum ipſo vnum, & idem tribunal, nec datur medium, & gradus ſed immediatè repræſentat illius perſonam, & ipſius locum tenet;
14 † imò abſolutũ eſt in iure, ſub nomine Epiſcopi contineri etiã eius Vicarium niſi expreſsè excludatur. *Sbroz. de off. Vic. quæſt. 43. num. 29. Ioan. Iac. Melill. de præced. Vic. cap. 4. & 5.*

15 Hinc dum orta eſſet controuerſia in Ciuitate Al. inter D. Vicarium Epiſcopi, & D. Abbatem S. Nicæphori ſuper præcedẽtia inter eos, Dubitareturq. quiſnam præferendus ſit, tàm in inceſſu, quàm in ſeſſione in Eccleſia, vel extra, præſente, vel abſente Epiſcopo, An Abbas S. Nicæ. qui habet vſum Mitræ, & Baculi, cum iuriſdictione intra ſuam Eccleſiam, & in ſuos Canonicos, poteſtq. vti Mantelleto, & Rocheto, tametſi territoriũ nec Diœceſim, minuſque ius congregandi Synodum habeat; an Vicarius generalis Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſita eſt Eccleſia S. Nicæphori & iuſſus ab Illuſtriſs. D. meo Epiſcopo Parauicino, vt aperirem circa hoc ſententiam meam; reſpondi D. Vicarium fore præferen-
16 dum: † Nam inter Epiſcopum, & Vicarium eſt quidam correſpectiuus honor, & non datur medium inter eos, vt eleganter obſeruat, & tradit D. Io. Iac. Melillus *de præced. Vic. c. 4. per tot. & c. 5. in*
17 *princ.* † et facit vnum, et idem Conſiſtorium, ac Tribunal cum Epiſcopo *D. Petr. And. Gamb. de poteſt. Leg. à lat. lib. 9. num. 9.*
18 † atque participat de illius iuriſdictione *c. 2. de conſuetud. in 6. ca.*
19 *Romana de appell. lib. eod.* † nam Epiſcopus de iure communi poteſt mandare vices ſuas Vicario *ex his, quæ tradit Fel. in c. ex parte num. 6. de conſtit. & reſoluit Rot. in vna Placent. Cathedræ 14. Ianu. 1572. coram bo. mem. Il-*
20 *luſtriſs. Card. Seraph.* † ac propterea aſſociatur Epiſcopo in adminiſtratione, *c. in nona actione*
21 *16. q. 17.* † et immediatè repræſentat perſonam Epiſcopi, et eius locum tenet; quinimò eſt vna, eademque perſona cum Epiſcopo, *Nauarr. conſ. 3. de ma. & obed.*
22 † et ideò eſt honorãdus ſicuti perſona ipſiuſmet Epiſcopi, *celebr. tex. eſt in c. præcipimus 93. diſt.* vbi habetur, quod locum tenens Patriarchæ honorandus eſt ſicut
23 ipſe Patriarcha; † nec debet diuerſo iure cenſeri cum Epiſcopo *arg.*

reca-

Digitized by Google

c.recolentes,de ſtat. regul.Abb.in
conſ,21.lib.1.Theſ.for.Eccl.c.10.
num.10.D.Ant.de pratis in Clyp.
Paſt.ſiue de iuriſdict. Epiſc.c.6.
num.40. Caſſ.in Catal.glo.mundi
p.4.cōſid.46.et in terminis Sbroz.
de off.Vic. lib.2. q.25. ampl.3. &
q.26.num.8.li.eo.& alibi ſparſim;
24 † vbi dicit, quod Vicarius Epiſco-
pi debet præcedere non ſolum Ar-
chidiaconum, ſed etiam Abbates,
25 et alios inferiores; † quinimò,
et ipſummet Epiſcopum ſi ſit Ca-
nonicus,et incedat vti Canonicus,
Vicarius autem incedat tanquam
26 Vicarius.¶ †etenim Vicarius ta-
metſi eligatur ab Epiſcopo,iuriſ-
dictio tamen ſibi conceditur à le-
ge, et ideo dicitur habere iuriſdi-
ctionem ordinariam c.1.2.& 3.de
off.ordin.in 6.iuncta gloſ.in c.Ro
mana de appell.lib.6.& c.licet de
off.Vic. cum glo.in Clem.2. de
reſcrip. Abb.conſ.21.p.1.Bertabc.
de off.Vic. p.2.lib.4. in tract. de
Epiſcopis Iac. Gallus qui eos alle-
gat in conſ.62.num.2. & ſeq.
27 Nec obſtat quod in c. dilectus,
& c.fi.de off.deleg. in 6.prout etiā
in ca.fi. de off. ord. li. eo. & c.de-
cernimu, de iud.cum aliis pluri-
bus ibi alleg.per Dec. Abbas no-
minetur primo loco poſt Epiſco-
pum, quia reſpondetur (conceſſo
28 † quod ex priori nominatione
maior dignitas arguatur, ex gloſ.
in c. bene, in verbo Mediolanen.
96.diſt.) reſpondetur inquam,
quod ipſe decretales, ſiue Cano-
nes nullum faciunt verbum de Vi-
cario Epiſcopi, ac propterea in-
telligendi ſunt duntaxat de digni-
tatibus ibi expreſsis,non autem
de Vicario Epiſcopi,qui venit ſub
mentione Epiſcopi, vbi expreſsè
non concluditur; Sbroz. de off.
Vic. lib.2. q.43.num.29. & egre-
giè D. Ant. de prat. in Clyp. c.7.
num. 14. Fel. in Rubr. de ma. &
obed. D. Bened. Rad. in Repert.
Fel. verb.Vic. vbi dicit quod Vi-
carius venit appellatione Epiſco-
pi,quia cum ipſo eſt vnum, et idē,
29 † ac proinde quando incedit vti
Vicarius, præcedit omnes digni-
tates poſt pontificalem Marc.
Ant. var. reſol. lib.1. reſol.fi.caſ.
30 31. Ric. in collect. 1069. † acce-
dit quod qui magis participat,de-
bet eſſe magis vicinus, vt ars na-
turam imitetur arg. legis qui bis
31 idem. ff. de verb. oblig. † et ita
videmus in Auguſta, quæ marita-
libus Imperatorijs radijs corru-
ſcat, iuxta tex. l. Fœminæ, de
ſenat. §. hoc ita,in authentica de
conſul.Melil. de præc.Vic.c.4.
32 Neque ſecundò obſtat,quod Ab-
bas ſit nomen dignitatis,et hono-
ris Zenzel. quem refert Imol. in
33 Clem.1.num.5.de reſcript. † nam
reſpondetur, quod imò potius ſo-
nat tantum in nomen ſolecitudi-
nis, quam ordinis, vel honoris
iuxta glo.in c.tuam,verb. non
aſcendat, de ætat. & qual. & ibi
Innoc. in fi. & poſt eum Imol. in
Clem.1.de regul.poſt Paulum in
34 Clem. 2. de reſcrip. † vbi dicit,
quod Abbas non debet curare de
honoribus, vel prælationibus, ſed
humilitatis excellentiorem gra-
dum tenens, minoribus, et infe-
rioribus ſe ſubigere; quocirca
concludit Caſſan. in Catal. p.4.
conſider. 33. propè fi. quod Ca-
nonici

Digitized by Google

nonici Cathedralis præferuntur Abbati.

35 Quæ doctrina veriſſima eſt, ſed planè facit pro D. Vicario; tum quia ipſe habet ſimpliciter dignitatem, & præeminentiam, *ſecundum Imol. poſt paulum in d. Clement. 1. de regul.* quos ſequitur Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 7. q. 24.*

36 *num. 79.* † tum quia ſine controuerſia præcedit Canonicos Cathedralis, etiam capitulariter ſedentes in choro, & in proceſſionibus incedentes, quos nuſquam poteſt, neque conſueuit Abbas S. N. præ-

37 cedere; † ita ut intret regula *l. de acceſſionibus ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip.* nimirum, ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te: tum quia tandem ſuffragatur D. Vicario nedũ conſuetudo præcedendi ipſos Canonicos Cathedralis, ſtante diſpoſitione libri Cœremonialis Romani, *in cap. 23. propè fi. lib. 1.* quatenus thurificationem Vicarij relinquit conſue-

38 tudini, † qui quidem liber vti authẽticus poteſt allegari, *Marzar. conſ. 27. num. 6.* ſed etiam declaratio Sac. Congreg. rituum facta ad ſupplicationem Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, & Capituli Alexandrini, de anno 1608. in hæc verba; *Seruandam eſſe conſuetudinem, vt Vicarius thurificetur ante Canonicos, ſiue is, qui thurificat ſit Acolytus, ſiue Clericus, ſiue etiam Canonicus; nam cum in Miſſa vnus ex Canonicis cantet Euangelium, & ad illum ſpectet, iuxta formam libri Cœremonialis, thurificare cœteros omnes Canonicos; debet vtique thurificare Vicarium, qui præcedit Canonicos: & licet in præteritum Vicarius non fuerit à Canonicis thurificatus, ſufficit quod fuerit thurificatus ante Canonicos ab eodẽ, qui cœteros omnes Canonicos thurificare ſolebat.*

39 Ex præmiſſis igitur vltrà actus poſſeſſorios, aduerſus D. Abbatẽ, pacificè factos per D. Vicarium, meritò eſt D. Vicarius præſernandus illæſus in ſua quaſi poſſeſsione præcedendi D. Abbatem, † *Rot.*

40 *Bononienſ. in celeberrimo conſ. pro Sereniſs. Duce Florent.* quod habetur inter cõſilia Marzar. *conſ. in ordine 27. num. 4. &* idem Marzar. *d. conſ. 26. num. 5.* vbi dicunt, quod datur actio iniuriarum contra volentem turbare, & ei de facto poteſt reſiſti etiam armata manu.

41 Non obſtat tertiò, quod in Synodo Botteus *hoc tract.* aſſignet primum locum poſt Epiſcopum, Abbati *p. 3. num. 15.* ea fortaſſe ratione, quam aperit D. Mareſcot. *variar. reſol. lib. 1. cap. 69. num. 3.*

42 † vbi ait, quod Vicarius non eſt de illis, qui intereſſe debent Synodo, nam hodie, teſte Ioan. Aloyſio Riccio *in Prax. præced. deciſ. 557.* fæl. record. Clemens VIII. & Sac. rituum Congregatio declarant, *Vicarium Epiſcopi debere in Synodo præcedere omnes dignitates, & Canonicos,* ¶ & alibi ſub die 28. Nouemb. 1595. teſte D. Iacobo Gallo *in conſ. 62. num. 13* eadem rituum Congreg. declarauit Vicarium generalem, tam abſente, quam præſente Epiſcopo præcedere debere Canonicos, & digni-

Digitized by Google

tates in Eccleſia & choro & extra in proceſsionibus, ac in alijs omnibus actibus publicis & priuatis etiam in Synodo.]

43 Non obſtat quartò præſentia Epiſcopi, vt dicatur ceſſare, propter eum, iuriſdictio Vicarij; nam vt obſeruat D. Antonius de Pratis *in Clyp. paſt. cap. 6. num. 39. Cucb. inſtitut. tit. 8. num. 49. Ioan. Iac. Melill. de præcep. Vic. c. 4. & 5.* huiuſmodi præcedentia locum habet, tam præſente, quam abſente Epiſcopo; nam præſentiæ, inquit, & abſentiæ, quoad hoc, eadem eſt ratio, nec poſſunt conſiderari vti duo capita, etiamſi ambo ſint in loco eminentiori; *facit elegans tex. in Extrauag. vnam ſanctam §. igitur de præb. inter omnes.* enim verò Vicarius, & Epiſcopus

44 iiſdem radijs corruſcant, † & ſunt connexi, ac propterea idem eſt iu-

45 dicium, vul. iur. † ſicuti dicitur etiam de Auguſta, quæ vbique ſemper corruſcat maritalibus Imperatorijs radijs, *l. fœmina ff. de ſenat. §. hoc ita, in Auth. de conſul. Melill. d. cap. 4. num. 6. Rebuff. in Prax. benef. de forma Vicariatus numero* 187. & 223.

Quintò, non obſtat Mirræ, & Baculi, minuſque Rocheti, & Man-

46 telleti vſus; † nam vltrà quod huiuſmodi indumenta parum de iure habentur in conſideratione *cap. porrectum de regul.* ita vt Ioannes Andr. & Gemin. *in c. vt Apoſtolicæ num. 2. de priuileg.* & poſt eos Iac. Philipp. Portius conſiſt. Aduoc. in ſua præclara, & eleganti allegatione facta vltimo loco, in controuerſia præcedẽtiæ pro RR. Canonicis Lateranen. contra Monachos Caſsin. quorum verba libenter honeſtatis gratia ſilentio dono; illud ſenſerint huiuſmodi ornamenta parum; vel potius nihil Abbatibus prodeſſe, & quatenus etiam aliquid valerent, non extenduntur extra ſuã Eccleſiam, & inceſſus, actuſque collegiales eiuſdem, nedum de iure, ſed neque de conſuetudine; quinimò nec in ipſã Eccleſia Abbatiali, ſiquidem teſte Luca de penna *in l. 1. C. nulli licere in frœnis, libro vndecimo*, non poteſt Abbas præſente Epiſcopo, vti ornato, quod conuenit Epiſcopo, quæ quidem doctrina eſt cõformis priuilegio ipſius Abbatis S. Nicæphori, quippe qui prohibetur, præſente aliquo Antiſtite, huiuſmodi ornamentis vti, & ſolemniter benedicere populo.

¶ Imò huiuſmodi indumentorũ vſus nullam inducit reſeruationem in Regulis Cancell. nec Indultorum excluſionem Rota *in Aſculana Parochialis* 20. *Maij* 1585. coram R. P. D. Orano & dixi in Praxi *prælud. 2. diſt. 2. num.* 27.]

47 Porrò Rochetum etiam, & Mantelletum non tribuit D. Abbati prærogatiuam ſupra D. Vicarium modernum, qui eſt Protonotarius, & vti talis poteſt huiuſmodi indumentis & ipſe vti, vt conſiderat Caſſan. *in Catal. par. 4. conſiderat. 29. verſ. & extraordinarij*; imò poteſt tali indumento indutus præcedere ipſos Canonicos Ca-

thedra-

Digitized by Google

thedralis, etiam paratos, vti declarauit Sac. rituum Congregatio in hæc verba; *Ad aliud dubium rationе paramentorum; Canonici parati thurificari debent ante Vicarium, maxime ſi Vicarius non vtatur habitu prælati, ideſt Rocheto, & Mantelleto.* Quæ declarat. data fuit huic Capitulo Alexand. ergo multò magis debet præcedere D. Abbatem S. N. qui conſueuit ſemper præcedi à Canonicis, nedum paratis, ſed etiam tantum ſimpliciter Canonicali habitu indutis, vt ſæpius repetitum eſt.

48 Et tantò magis hoc locum habere debet, ad euitandum abſurdum, quod ſequeretur; etenim Abbas S. Nicephori Ciuitatis Al. ex quo tenetur & conſueuit ex antiquiſſima, & longiſsimo tēpore, cuius initij hominem memoria non extat, inducta, & obſeruata continuè conſuetudine, ſine aliqua controuerſia & reclamatione, accedere ad Synodum Diœceſanam Reuerendiſs. DD. Epiſcopi Al. Diœceſani, & nedum ipſe, ſed etiam Canonici, ac alij beneficiati dictæ Eccleſiæ recipiunt, & ſeruant Decreta, & Conſtitutiones in huiuſmodi Synodo cōdita, iuxta *c. quod ſuper his, de ma. & obed.* & non ſolum ſeruāt ipſas Conſtitutiones, & Decreta Synodalia, ſed etiam Feſta, & caſuum, & cenſurarum

49 Reſeruationes; † & ſic efficitur ſubiectus, prælibato Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Al. qui tam de iure, quam de conſuetudine poteſt, & conſueuit Diœceſanum Synodum, ſeruatis de iure ſeruandis, conuocare, ac ijs, qui intereſſe eidem debent, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine iniungit

50 intereſſentiam; † ex eo, inquam quod dictus Abbas accedit ad dictam Synodum Diœceſanam Al. præbet proindè ipſi Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Al. ſignum ſubiectionis *c. fi. de cauſ. poſſeſſ. & per Millum in repertorium* in verbo *Epiſcopus ſextò*. Sed Vicarius Generalis poteſt Synodum conuocare, ergo ex hoc capite eſt ſuperior dicto Abbati, ſaltem in potentia, ſi non ſemper in actu. Ex alio capite probatur ſubiectio Abbatis nempe ratione Sacramentorum ordinis, & pœnitentiæ, quippe qui non poteſt Abbas ſibi probare confeſſarium, à quo abſoluatur, neque etiam valet ei dare licentiam abſoluendi à caſibus reſeruatis, prout etiam non poteſt dare dimiſſorias ſuis Canonicis ad ordines *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 10.* minus etiam poteſt inſtituere Canonicos, alioſve Beneficiatos ſuæ Eccleſiæ, niſi prius examinentur ab Epiſcopo, ſic vetante Conc. Trid. *ſeſſ. 7. c. 13. & ſeſſ. 25. cap. 9.* verſ. *ad hæc*, ſuper quo extat declaratio Sacr. Congreg. in hæc verba. *Adeo verum eſt, quod in beneficijs iuriſpatronatus examen ab Epiſcopo fieri debet, quod procedit etiamſi illi inferiores Inſtitutores haberet iuriſdictionem ordinariã in Clericos ad dicta beneficia præſentatos, & comprehenduntur Abbates, Commendatarii, & quicumque inferiores qualibet exemptione muniti, etiã ſi ordinariam iuriſdictionem habe-*

vent in locis beneficiorum, & ordinarii inſtitutorum ſint, & in eos omnem iuriſdictionẽ habeant, alias irritam eſſe inſtitutionem. Additur, quod D. Vicarius, nedum habet iuriſdictionem in tota Diœceſi, ſed etiam in ipſamet Eccleſia S.N. nam vti Diœceſanus, nedum viſitat in ea Sacramẽta, ſed etiam poteſt dare licentiam conferendi ordines, quod non poteſt Abbas; quinimo Reuerendiſs. Epiſcopus Al. poteſt in ea ſine licentia ipſius Abbatis, conferre ordines in ipſa Eccleſia S. N. Ita declarauit Sacr. Congr. 22. Febr. 1590. Quapropter præferendus eſt D. Vicarius Al. d. D. Abbati S. N. huiuſmodi iuriſdictionem non habenti, *per c. ſtatuimus §. fi. & cap. ſeq. 17. diſt. Marzar. d. conſ. 26. num. 64.*

51 Sextò, non obſtat Conſil. D. Menoch. 257. ſuper quo videtur facere feſtum D. Abbas S.N. nam vltra quod eſt extra caſum noſtrum, ibi enim conatur Menoch. defendere præcedentiam D. Decani Belluen. in choro, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, *per ſupradicta*, dictum Conſilium non eſt magiſtrale;

52 † & Dd. vt dixit Iaſon *in l. ſi ex tota §. fi. de leg.* 1. cuius verba notat, & recẽſet Gomeſ. *in proœm. Reg. Cancell. q. 2. colum. 8. verſ. 4.* Dum conſulunt, videntur propriã

53 vtilitatẽ proſequi; † quæ aliquando facit deuiare homines à vero, & contraria conſilia interdũ dare.

54 Septimò non obſtat aliqua contraria conſuetudo aduerſus D. Vicariũ; tantum enim abeſt, vt poſſit probari quod talis adſit, vt potius iudicata ſit, nedum probata extare contra Abbatẽ, qui etiam hodie per D. Vicarium præceſſus eſt bis ſine aliqua contradictione,

55 † qui planè bini actus, quinimò, vel vnicus tantum, quamuis ſit vltimus, ſufficiunt ad acquirendum quaſi poſſeſsionem ſedendi, & præcedẽdi *Ric. in prax. praced. deciſ.*

56 584. *num. 6.* † nam in materia præcedentiæ iudicatur ſecundum quaſi poſſeſsionem, ſtante quod, vbi non eſt datus ordo in ſedendo melior eſt conditio poſsidentis,

57 *Ric. vbi ſup. dec. 578. num. 3.* † & huiuſmodi conſuetudo ſi extaret eſſet omnino infringenda, abroganda, & tollenda tanquã iniuſta, & contraria omni iuri, tã Naturali, quam Canonico, et Ciuili, vt elegantiſsimè conſuluit Abb. *in conſ. 22. l. 1. & poſt eum Caſſan. in Catal. p. 4. conſid. 46. Theſa. for. Eccl. c. 10. Melill. d. c. 4. & 5. Gallus in conſ. 62. num. 7.* ¶ vbi dicit quod talis conſuetudo ſi eſſet, non eſſet vllatenus attẽdenda ſed tanquam peſtis, quaſi originem habens ab ambitione & vecordia, eſt euitanda *ex Fel. in rubr. de ma. et obed. Iaſ. in l. de quibus n. 6. ff. de leg. Roc. de Cur. de conſuetud. c. fi. verſ. 4. amplio. Iacobat. de concil. libro tit. de ord. ſedendi in Conc.*

58 Hinc iure merito Sacra Rituum Congregatio inter D. Vicarium Alexandrin. et D. Abbatem S. Petri de Bergolio de præcedentia contendentes decidit in hæc verba: *Controuerſiam præcedentia inter Vicarium Epiſcopi Alexandrini, & Abbatem S. Petri de Bergolio, auditis hinc inde parti-*

partibus, in ſacra Congregatione rituum agitatam; Illuſtriſs. patres, pro nunc definiendam cenſuere, vt Vicarius in poſſeſſione præcedendi Abbatem prædictum omninò manuteneatur; ſi quid verò vterque in petitorio deducendum exiſtimet, poſtmodum deducat. Romæ die 17. *Sept.* 1622. *ſubſcrip. F. M. Card. à Monte Io. Bapt. Rinuc. Secr.*

59 Octauò, & vltimò, non obſtat fundamentum, in quod D. Abbas totum ſuum cęmentum congerit, quod, inquam, prætendat habere priuilegium conferendi ordines minores, Calices conſecrandi, & Pontificalem benedictionem populo ſolemniter impendendi; nam vltrà quod ob non vſum dicitur amiſſum huiuſmodi priuilegium, expreſsè cenſetur etiam ſublatũ, cum omni etiam immemorabili conſuetudine, per Sacr. Conc. Tr. *ſeſſ.* 23. *de ref. c.* 10. ſaltem quoad aliàs Eccleſias ratione benedict.

60 Porrò benedictiones, & conſecrationes de iure competunt nonniſi Abbatibus benedictis, & duntaxat ad vſum ſuarum Eccleſiarũ, non autem alienarum, vt eleganter notat Ioan. Andr. & Francus *in c. Abbates num.* 3. *de priuil. in* 6. qui ita præciſis verbis loquuntur *à conſecratione Calicis, in quo fit vnctio,* vt in cap. 1. de ſac. vnct. *abſtinere debent Abbates, ſed in alijs, vbi fit ſolum verbalis benedictio, poteſt ſuſtineri, quando ad opus ſuarum Eccleſiarum hoc facerent, aliàs debent abſtinere.*

61 Tantò ergò magis debet D. Abbas S. N. abſtinere, nedum à conſecratione Calicis, verum; & à verbalibus benedictionibus ſacrorum indumentorum, quando ſunt ad vſum alienarum Eccleſiarum, quippe qui non eſt benedictus, neque eſt caput alicuius ordinis, quibus planè ſolis iura indulgent huiuſmodi prærogatiuas.

62 Hæc reſpondi pro veritate ſaluo, &c. [Eadẽ applicaui ad excludendum D. Abb. S. Petri de Bergolio Alexand. à prætenſa præcedentia contra D. Vicarium Alexandriæ, & eo magis quod ipſe Abbas ſubijcitur iuriſdictioni Reuerendiſs. D. Epiſcopi Alexandrini, vt ex decr. ſacr. Congr. Conc. Trid. quod habebitur infra *cap.* 4. *dub.* 77. cum itaque Epiſcopus habeat iuriſdictionẽ in d. Abbatem S. Petri, conſequens eſt, vt etiã Vicarius illius eamdẽ habeat & ea propter ſit illi ſuperior; vnde abſurdum eſſet ſi Vicarius à ſubdito præcederetur.

Ex his ni fallor ſuperque liquet Vicario Epiſcopi, non ſecundum poſt Epiſcopum, ſed ſanè primum locum fore aſſignandum omninò anta Abbates.

63 Quartum locum aſſignat Archidiacono, quia eſt maior Archipresbytero, & alijs dignitatibus
64 inferioribus; † nam de iure eſt Vicarius Epiſcopi *Butr. in c.* 1. *de off. Archid.* ſed hoc eſt intelligendum de eo Archid. qui dicitur oculus
65 Epiſcopi; † illo, inquam, qui habet iuriſdictionem, non autem, qui nomine tenus eſt Archidiaconus, hic enim, vbi ſine iuriſdictione eſt, non dicitur de iure Oculus
66 Epiſcopi; † & Archidiaconatus, cui iuncta non eſt aliqua iuriſdictio,

Digitized by Google

ctio, nec cura animarum poteſt obtineri ſine gradu Doctoratus, vt obſeruat Garzia *de benef.p.7.ca.7 num.4. & ego dixi in praxi req. 10.dub.6.*

67 Quintum locum aſſignat Archipresbytero Ciuitaten. quia dicitur habere dignitatem *cap. 1. de off. Archipresb.*

68 Sextum aſſignat Cantori, ſiue Primicerio *c. 1. de off. Primicer.*

69 Septimũ aſcribit Sacriſtæ *tit. eo.*

70 Octauum dat Cuſtodi. *tit. eo.*

71 Animaduertendum tamen eſt, quod inter dignitates ordo variatur pro locorum diuerſitate, conſuetudine, vel cõſtitutione vt dixi *in prælud.15.num.11.in prax.* ac propterea aliquę ſunt Eccleſiæ, in quibus nulli ſunt Archidiaconi, & in aliquibus vbi ſunt; præferuntur eis, vbi præpoſiti, vbi Archipreſbyteri, & huiuſmodi.

72 Hinc ſacra rituum Congregatio in dijudicãdis, ſeu aſcribendis functionibus pro dignitates obeũdis, abſente, vel impedito Epiſcopo: in vna Baren. 19. Ianuar. quam refert Genuen. *in prax. Neapolit. c.52. circa fi.* declarauit *Munia abſente Archiepiſcopo, vel impedito, ſpectare ad 1. dignitatem, vel ea impedita, ad 2. & ſucceſſiuè ad 3. vel 4. & omnibus dignitatibus abſentibus, vel impeditis, ad 1. vel 2. Canonicum*, & nuperrimè 18. Auguſti in Alexandrin. eadem ſacr. Cong. reſpondit: *Functiones Epiſcopales, abſente, vel impedito Epiſcopo; necnon aſſiſtentiam ipſi Epiſcopo celebranti præſtare, ad Archidiaconum primam dignitatem pertinere, cui vel nolenti, vel impedito proximiorem dignitatem in illis obeundis ſuccedere; & deficientium vices ab aliis immediatè ſuccedentibus ſuppleri debere, iuxta libri Cæremonialis diſpoſitionē. Illuſtriſs. Sabello referente cenſuit ſac. rit. Congreg.* quam vidi, & habui præ manibus authenticã.

73 Nonum locum præſcribit Canonicis Cathedralis, quia dicuntur Clerici primi gradus, & eſt maior honor eſſe canonicus Cathedralis Eccleſiæ, quam alterius *Innoc. in c. fraternitatem de ſepul.*

74 Decimum locum adiudicatum putat Canonicis Collegiatarum,

75 quia dicuntur Clerici ſecundi ordinis, & præferuntur Curatis *Inn. in d. c. fraternitatem, de ſepult.*

76 Vndecimum aſsignat Plebanis, ſiue Archipresbyteris Ruralibus.

77 Duodecimum aſsignat Curatis, ſeu Rectoribus Parochialiũ iuxta ordinem, & antiquitatem eorum *c. ſtatuimus, de ma. & obed.*

78 Decimumtertiũ locum aſsignat beneficiatis ſimpl. benef. ſecundum eorum ancianitatem.

79 Decimumquartum locum aſsignat Clericis ſimplicibus, quia præferri debent omnibus religioſis, quia antiquior eſt inſtitutio.

80 Decimumquintum aſsignat Religioſis, & Monacis in caſibus, quibus venire debent ad Synodum iuxta eorum antiquitatem.

81 Decimumſextum, & vltimum aſsignat Laicis in caſibus, quibus veniunt.

82 Illud tamen ſummopere animaduertendum eſt, quod in huiuſmodi prælationibus, & ſeſsionibus maximè

ximè attendenda eſt locorum conſuetudo, vt dicit gloſ. in verb. *electis, in c. penult. de off. legat. in 6.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Sermo non eſt de forma actionis Synodalis, ſed de ſolemnitate: monitiones verò, quæ ſunt in Pontificali, videntur de forma.

1 DVbitatur ſeptimò, an ſermo, ſiue prædicatio ſit de forma Synodi. Botteus p. 3. *num.* 34. *hoc tract.* dicit quod non eſt neceſſarius, quamuis ſit de ſolemnitate.

2 At verò Monitiones, quæ ſunt in Pontificali, inquit, videntur de forma, ac proinde aſtruit eſſe faciendas.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Iudices Synodales debent eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, aut Canonici alicuius Cathed.

1 DVbitatur octauò, quaſnam qualitates habere debeant Iudices Synodales. Clarum hoc habemus in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de refor. cap.* 10. nimirum, vt deligantur perſonæ, quæ qualitates habeant, iuxtà conſtitut. fæl. rec. Bonif. VIII. quæ incipit *ſtatutum*, & eſt *c.* 11. *de reſcrip. in 6.* & nouiſsimè ſucceſsit Conſtitutio fæl. rec. Greg. XV. *de conſeruatoribus*,

2 per quas ſtatuitur, † vt cauſæ committantur conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica, aut aliàs habentibus Perſonatum, aut Canonicatum in Cathedralibus.

Conſtit. fæl. rec. Greg. XV. de Conſeruatoribus.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Greg. diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationabilib. cauſis animum ſuũ mouen. & de voto venerabilium Fratrum ſuorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partim fæl. rec. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris ſui veſtigijs inhærendo, reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, nominationes, ſeù deputationes, tàm in vim literarum conſeruatoriarum, iuxtà formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quàm in vim quorumcunque priuilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeù aliàs quocumque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuſcumque Conuentibus, Capitulis, Militijs, etiam ſancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut alijs quibuſuis pijs, tàm ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti, vel Societatis regularibus locis, quantumuis exemptis, etiàm de neceſsitate exprimendis, ſeu illorum perſonis, c:

iuſuis qualitatis, ſeù conditionis exiſtant. In futurum verò Sanctitas ſua hac generali, & perpetuò valitura Constitutione ſtatuit, & decreuit, vt Iudices Conſeruatores huiuſmodi, ſiuè principales, ſiuè ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſsint, niſi, non ſolum habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit *Statutum*; ita vt, vel dignitate Eccleſiaſtica prædìti, vel perſonatu n obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant; ſed etiam in Concilijs prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxtà decretum Concilij prædicti, Iudices electi, ſeu deſignati ſint. Quodque deinceps literæ cõſeruatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ ſupraſcriptis tantùm dirigantur, & ſi quæ literæ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omniaque exindè ſequenda nullius ſint roboris, vel momenti, & nihilominus, qui ſecus, quàm iuxtà formam ſuperiùs præſcriptam, Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis nominatis, ſeu deputatis vti auſi fuerint, Regulares quidem voce actiua, & paſsiua ſint ipſo Iure priuati, adeò, vt habilitationem à nemine, prætèrquàm à Romano Pontifice conſequi valeant, reliqui verò alijs pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ coerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monaſteria, ac loca huiuſmodi, eorumq. perſonæ, ac bona careant Conſeruatore ad annum, itaut illorum cauſæ intereà coràm locorum Ordinarijs duntaxat cognoſci, ac diffiniri debeant; cæterùm vt latius pateat Conſeruatorum huiuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœceſanis quamplures perſonas ex habentibus qualitates in prædicta Conſtitutione eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas, deſignari procurent; & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli alium in eius locum vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Synodum. Inſuper Sanctitas ſua inhærendo hac in parte cereto ſimilis recordationis Gregorij Papæ XIII. etiam Prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinauit, vt regulares, ac perſonæ huiuſmodi in Italia infrà duos, extrà Italiam verò infrà ſex menſes, à die publicationis in Vrbe præſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere, ſeu aſſumere Conſeruatores iuxtà formam ſuperiùs propoſitam, eiuſque electionis, ſeu aſſumptionis documentum, infrà tempus huiuſmodi, penès Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapſo, quamdiu Conſeruatores ſecundùm formam præſentis Conſtitutionis non elegerint, coràm eiſdem Ordinarijs conueniantur: Quodque Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs, prout iiſdem Regularibus, & alijs ſupradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſsint, aut valeant.

Ad hæc

Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua, vt coràm ipſis Conſeruatoribus regulares, ac perſonæ ſupraſcriptæ conueniri quidē, aut trahi debeāt, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, itaut memorati Conſeruatores in caufis, in quibus regulares, & alij actores fuerint nullam prorſus iuriſdictionem habeāt, ſed in ijs tantùm, in quibus Rei extiterint; neque extrà Ciuitates, ſeù Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcūmque procedere præſumant. Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur donec per arbitros in forma iuris electos ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum.

Quòd ſi qui Conſeruatores, ſiuè in hac parte, ſiuè aliàs quomodolibet ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio Conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat iuxtà formam alterius Conſtitutionis eiuſdem Bonifacij Prædeceſſoris, quæ incipit, *Hac conſtitutione*, quam Sanctitas ſua in his omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat. Per hoc tamen non intendit Sanctitas ſua prohibere, quominùs regulares, & alij ſupradicti in caſibus à iure permiſſis petant Iudicem non ſuſpectum à Principibus, ſeu Magiſtratibus ſæcularibus; dum tamen hæc tria copulatiuè concurrāt, videlicet: Vt regulares, & alij prædicti ſint Actores, non autē Rei: Vtque agant cōtra laicum, non autē contra Eccleſiaſticum, vel aliàs à Iuriſdictione ſæculari exemptū: Atque vt cauſa, in qua Iudex deputatur, fuerit prophana, non autem Eccleſiaſtica, & in ea iuxtà Sacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, vt præfertur, eligendus Iudex competens exiſtat. Quæ omnia, & ſingula in præſenti Conſtitutione contēta Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari; decernens ſic in ijs, ceteriſque omnibus præmiſſis per quoſcūq. &c. etiàm Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ſublata, &c. iudicari, &c. necnon irritum, & inane, &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis conſeruatorijs, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit, in fauorem quorumcumq. Ordinum, tàm Mendicantium quàm non Mendicantium, Militiarum, etiàm S. Io. Hieroſol. Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius Inſtituti, etiàm neceſſariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac Piorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & Litteris Apoſtolicis, etiam Marimagno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiàm derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, etiàm Motu

E proprio,

Digitized by Google

proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiàm per viam cōmunicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorū ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forēt, præſentibus pro expreſsis habens, quibus, quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogauit, ceteriſq. contrarijs quibuſcumq. Cęterum, vt præſens Conſtitutio faciliùs omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, & mandauit, vt non ſolum in Cancellaria Apoſtolica ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in iiſdem locis affixa dimittatur, ac in quinterno Cancellariæ inter conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.

Placet publicetur, & deſcribat. A.

Lecta, & publ. fuit ſuprad. Conſtit. in Cācell. Apoſt. ab altero ex R. P. D. Maioris Præſidentiæ Abbreu. die 20. Menſis Sept. Anno incarn. Domin. 1621. Pont. verò prælib. S. D. N. Greg. Papæ XV. Anno I. Et poſtmodum die, & anno ſuprad. in quinterno eiuſdē Cancell. inter alias Conſtit. Apoſt. deſcrip. & annot. fuit. Nic. Vrſ. Procuſtos.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Iudicis Synodalis officium durat vſque ad futuram Synodum.

1 Dubitatur nonò, quamdiu duret officium Iudicis Synodalis, & quot eſſe debeant. Non eſt diutius immorandum, cum iam expreſſum habeamus in dicta conſtit. Greg. XV. ſuperius relata; nempe vt duret vſque ad futuram Prouincialem, aut Diœceſanam
2 Synodum; † ac proindè ſi aliquis, medio tempore mori contigerit, Epiſcopus cum conſilio Capituli alium in eius locum ſubſtituet, vſque ad futuram Synodum.
3 † De numero autē Iudicū Synodalium nihil præſcriptum eſt, niſi vt ſint ſaltem 4. in qualibet Diœceſi *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 10.* ſed Greg. XV. vt vidimus in dicta Conſtit. *§. cæterum vt latius* admonet Ordinarios, vt quamplures deſignari procurent ex habentibus qualitates requiſitas, *vt ſup.*

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui ſit Doctor non poteſt conſtitui iudex Synodalis, neque ſubrogari in locum defuncti Iudicis, qui electus fuerat in Synodo, quia ſubro-

ſubrogatus debet habere qualitates requiſitas: ſit autem talis ſubrogatio cum conſilio Capituli, & ſubrogati officium durat vſque ad primam futuram Synodum.

1 DVbitatur decimò, an Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui eſt Doctor, poſsit conſtitui Iudex Synodalis. Dominus Vincentius Grilenzonius hoc tangit *in conſ.* 127. *num.* 10. & pro informatione reſoluit affirmatiuè;
2 † ea potiſsimum ratione, quod Doctores cenſeãtur comprehenſi *in c. ſtatutum* 11. *de reſcrip. in* 6. atque adeò non excludantur à Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 10.
3 † vbi ſtatuitur in ſingulis Concilijs Prouinc. & diœceſanis aliquot perſonas, quæ qualitates habeant, iuxtà conſtitut. Bonifacij VIII. quæ incipit *ſtatutum*, & alioquin ad id aptas, deſignari, vt præter ordinarios locorum, ijs etiam cauſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur; ac proindè turpè eſſet, inquit, Grilenzonius quod talis Canonicus, propter huiuſmodi Canonicatus adeptionem, amitteret illud, quod aliàs ſibi ratione Doctoratus de iure vniuerſali
4 conceſſum eſt, † quippe qui Doctores à Iure vniuerſali habent iuriſdictionem, vt notat Bartolus in *l.* 2. *ff. de adopt. leg.*
5 † Et ſunt in dignitate *cap. quãto* 3. *de magiſt.* & dicit non obſtare gloſ. in verb. *quædam d. c. ſtatu-*
6 *tum*, dum ait † quod Canonicis Cathedralium fiat delegatio, quia inquit, hodiè aliter ſancitum eſt, vt ſcilicet omnes habentes dignitatem poſsint indifferenter admitti ad cauſas decidendas.

Sed reuera pace dicti Doctoris Conſulentis, non fiderem huiuſmodi Conſilio, nec illud in facto
7 ſequerer; † nam quamuis ante ædictionem *d. c. ſtatutum*, potuerit de expreſſo conſenſu partium fieri commiſsio inſtitutis in Collegiatis honorabilibus, vt notat ibi gloſ. in d. verbo *quædam*, hodiè nihilominus *d. c. ſtatutum* prouidit, quod ſolis Canonicis Cathedralium Eccleſiarum fiat commiſſio, vt obſeruat eadem gloſ. *in fine*, & expreſſus eſt textus, *in d. c. ſtatutum in* §. *ſancimus*, verſ. *ſeu Eccleſiarum*, cui accedit *Conc. Trid. cap. ſupercitato* 10. *ſeſſ.* 25.
8 Nec videtur verum quod Conc. admittat ad cauſas exercendas
9 Doctores ſimplices; † quinimò contrarium annuit gloſ. *in præcitato cap. ſtatutum* in verb. *dignitate* quæ ait intelligendum eſſe de
10 dignitatibus Eccleſiaſticis, † & *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de refor.* verſ. *ad cæteras*, ſtatuit neminem eſſe promouendum ad dignitates, vel Canonicatus in Cathedralibus qui conſtitutus non ſit in 22. ſuæ
11 ætatis anno; † & nihilominus Doctores poſſunt fieri, & doctoratus dignitate decorari, vt obſeruat Ancaran. *in proæmio ſexti num.* 5. ſi ſint in ætate 20. annorum per *c. cum vigeſimum* 41. *de off. deleg. Et l. quidam conſulebant* 57. *ff. de re iudic.* quinimò, & in ætate 18. annorum *per l.* 1. §. *initium* verſ. *pueritia ff. de poſtulandi*

landi Cum itaque Iudex non poſ-
ſit conſtitui minor 21. annó, per
textũ,et gloſ. *in d.l.quidam,et d.c.*
cum vigeſimum, quod in *eiuſdem*
legis declarationem ſucceſsit, te-
ſte Domino Antonio de Butrio
9 *ibidem*; † Doctor verò, vt vidi-
mus, poſsit eſſe minoris ætatis,
ſequitur proindè, vt ſit incapax
deputationis in Synodalē Iudicē.

Nec obſtat *l. cum prætor §. non*
autem, verſ. *natura* iuncta gloſ.
ibi verſ. *impubes* 12. *de iudic.*
10 † quæ annuit, vt quis poſſit eſſe
Iudex,quamuis ſit minor 20.annis
11 imò,et 18;† ſi quidem intelligen-
da eſt, quando Princeps faceret
eum ordinarium,vel delegatum.
12 *Butr.vbi ſupra*; † nam Princeps
ei, cui magiſtratum dedit, omnia
agere decreuit *d.l. quidam 57. de*
re iudic.

Nec etiam reuelat, quod valet
quando partes ſcientes eum eſſe
minorem, in illum tamen conſen-
13 tiunt;† quod fieri poteſt in maio-
ri, non autem in minori 18.annis;
14 † nam hæc ratio non militat in
Iudice Synodali, quippe qui non
deputatur à Principe, neque de
conſenſu partium,et ſic non intrat
illa diſpoſitio.

Facit etiam contra Conſilium
Grilenz.quod notat gloſ. *in c.ſci-*
15 *ſcitatus* 13.*de reſcript.* † quæ di-
cit, quod poteſt cauſa committi
illiterato, qui habeat conſuetudi-
nem, ſiue peritiam iudicandi, et
clarus eſt textus *in l.certi iuris*
15. C.*de re iudic.iuncta gloſ.*
16 Facit tandem quod tradit Lapus
in d.c.ſtatutum 11. *de reſcrip. in*
6. num. fi. vbi requiſitus per D.
Federicũ de Senis,nunquid in loco
minus inſigni,in quo poſsit haberi
copia peritorum,poſsit cauſa au-
diri, ità quod non offendatur *d.*
cap. ſtatutum; et nunquid opere-
tur conſenſus partium, vt cauſa
poſsit audiri in loco minus inſi-
17 gni, † dicit ſe ei reſpondiſſe,Cau-
ſam nullatenus poſſe audiri in lo-
co minus inſigni, conſenſum etiã
partium minimè operari poſſe,
vt aliter procedi liceat, quàm
diſponat *§.ſancimus,& §.in nul-*
lo d.c. ſtatutum,quod planè vide-
tur etiam tenere Ioannes Andr.
ibidem ſuper verb. *commodè*, et
ſuper glo. *non ergo*, ac ſuper ver-
18 bo *quomodolibet*; † nam, inquit,
d.§.ſancimus requirit quod cauſa
non audiatur niſi in loco inſigni,
et vbi commodè haberi poſsit co-
pia peritorum,ac proinde conclu,
dit,quod ſufficit alterum ipſorum
nec poteſt in hoc partium conſen.
ſus, niſi vbi exprimitur, vt *in d*
§.in nullo: eiuſdem ſententiæ eſt
etiam Inn.*in cap.præſenti* 2.*de re-*
19 *ſcrip.in ſexto*, verſiculo,† *item*
dicimus num.fin. vbi agens de ci-
tato ad locum non inſignem, con-
ſtanter concludit,quod licet Iudex
Delegatus haberet Clericos aliò-
qui peritos, qui ſibi, et partibus
poſſent ſufficere pro opportunis
conſilijs; tamen in hoc caſu im-
punè non paretur, quia licet in
vno termino illos paratos habeat,
fortè non habebit in alio, et per
alias rationes, quas ibi adducit:
ac tandem *in verſic. & ideo* dicit
quod *ca.præſenti* adiecit *inſignia*,
20 † quia in aliqua modica Villa
poſſent reperiri, et haberi ea, quæ

ipſe

Digitized by Google

ipſe ſuperius recenſuit, propter quæ fuit conſtitutum, vt cauſæ cognoſcantur in locis inſignibus, et etiam poſſet haberi ibi copia peritorum, et nihilominus talis locus, ſecundum eum, non eſſet ido-
21 neus: † At verò Ciuitas quamuis non ſit magna, nec habeat peritos, erit locus aptus, ad differentiam aliorum locorum, quæ non ſunt Ciuitates, nam, inquit, ſi magna non ſunt, apta non ſunt.

22 Illud etiam prætereundum non puto, quod obſeruat ibi Inn. in fine, videlicet, quod non eſt neceſſe, vt periti morentur in locis, in quibus huiuſmodi cauſæ cognoſcendæ ſunt, ſed quod ſufficit, vt de locis vicinis haberi poſſit copia peritorum.

23 Porrò tametſi ex conſtitutione prædicta fel. rec. Greg. XV. ſuperius relata, §. *in futurum*, vbi ſtatuitur, vt Conſeruatoriæ committantur nonniſi Eccleſiaſtica dignitate præditis, vel perſonatũ obtinentibus, vel Cathedralium Canonicis; qui tamen electi, ſeu deſignati ſint in Concilijs Prouincialibus ſeu Diœceſ. iam non videatur relictus ambigendi locus, quin dignitas, quam Cotſtitutio Bonif. VIII requirit, debeat eſſe Eccleſiaſtica, ac proinde ex ea concludi poſſit Iudices Synodales nullatenus poſſe deputari ex ſola
24 qualitate Doctoratus, † ſed omninò eſſe neceſſariã qualitatẽ dignitatis Eccleſiaſticæ, vel vt ſu-
25 pra; † et ſic Canonicũ Collegiatæ quantumuis Doctorẽ nõ eſſe aptũ
26 vt conſtituatur Iudex; † quod etiã prædicatur de ſubrogato in locũ Iudicis Synodalis defuncti, quæ planè ſubrogatio, ex dicta Conſt. fieri poteſt per Epiſcopum cum conſilio Capituli, et durabit vſque ad primam Synodum futuram.

27 † Attamen quia poſt hæc ſcripta exijt declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam authenticã aſſeruandam in Archiuio Epiſcopali Alexandriæ tradidi, illam libenter huc refero, & eſt talis.

An poſſit eligi in Iudicem Synodalem Canonicus *Eccleſiæ* Collegiatæ, *qui ſit Doctor, ſi non extant in* Cathedrali *Doctores, ſaltem ita idonei*? Sacr. Congreg. Cardinalium Concil. Trid. interpretum, ***cenſuit Canonicũ collegiatæ Eccleſiæ eligi non poſſe in Iudicem Synodalem*** ſubſcripta.

Coſmus Card. de Torres.

DVB. VNDECIMVM.

ARGVMENTVM.

Minor diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali non poteſt eligi in Iudicem Synodalem.

1 ORitur aliud dubium non contemnendum: An ſi aliquis obtinuerit dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, in minori ætate 18. annorũ, ſuper qua fuit diſpenſatus, poſſit conſtitui Iudex Synodalis. Videtur quod ſic, nam ***c. ſtatutũ 11. de reſcr. in 6.*** indiſtinctè loquitur, & nil aliud videtur requi-

requirere niſi vt ſit Canonicus Cathedralis, ergo ſtandum huic *glo. in d.c.ſtatutum* verb. *Canonicis*: Videtur etiam facere *l.quidam conſulebāt* 57. *ff.de re iudic.* & *c. cum vigeſimum iunct.glo.* verb. *eandem* 41. *de off. deleg.* vbi expreſsè habetur, quod minor 18. annis poteſt dari Iudex à Principe,
3 & maior 18. quamuis minor 21. poteſt dari etiam ab inferiore de conſenſu partium *glo.in d. c. cum vigeſimum* verb. *eandem* verſ. *ſi verò adultus*. Facit etiam *l.cum Prætor* §.*non autem* verſ. *natura* & ibi glo. verbo *impubes* 12. *ff. de*
4 *Iudic.* † quæ dicit, quod adultus non poteſt eſſe iudex vſque ad 18. annos, niſi in duobus caſibus: Nempè, quando eum Princeps facit ordinarium, vel delegatum: Et quando partes, ſcientes eum minorem, in illum conſentiunt; Nihilominus contrarium videtur verius, & tenendum quod etiam annuit gloſ. in *d. c. ſtatutum*, verb.
5 *Canonicis*,† nam diſpenſatio non extenditur ad non conſecutiua actus diſpenſati, vnde ſi eſt inhabilis ad iudicandū non erit deleg. *glo.in d.c.ſtatutum.* verb. *digni-*
6 *tate*:†Facit quod diſpēſatus in beneficio non cenſetur diſpenſatus in adminiſtratione bonorū Francus in *cap.1.num.5. de æt.& qualit.* & D: meus Barboſa *de poteſt.*
7 *Epiſc.p.1.tit. num.19.* † ait non eſſe vocandos ad electionem Epiſcopi illos Canonicos, qui vocem non habent in Capitulo, veluti ſi in pupillari ætate exiſtant cum diſpenſatione ſummi Pontificis promoti, & ante eum *ſel. de ben.* *p.3.q.22.num.26.* Neco bſtat quod
8 *d.c.ſtatutum* † dicat quod poſſunt committi cauſæ Canonicis Cathedralium, nam non ideò concludit, quod ſufficiat vt aliquis ſit Canonicus *glo. in d. verb. Canonicis*: Minus etiam obſtat dicta *l.cum Prætor*, quia loquitur in
9 Aduocato, qui vltrà quod aſſumitur voluntariè, Iudex autem quandoq. datur inuitus, non poteſt etiā in tantū præiudicare Aduocatus, ſicuti Iudex: Neque tandem obſtat *d.l.quidam conſulebant,* & *c. cum vigeſimum*,† nam à Principe conſtituuntur ordinarij, vel delegati, vt diximus *in antecedenti dubio*; & quamuis annuere videantur, vt poſſit dari minor Iudex etiam ab inferiore de conſenſu partium, intelligendum tamen hoc eſt, vt locum habeat,
10 quando non eſt minor 18. annis, nam eo caſu etiam conſentiētibus partibus dari non poteſt, ſiquidem iuriſdictio datur tantum à Principe, vel magiſtratib. *glo.in c. cum vigeſimum* verſ. *reſponderi.*

Porrò Iudices Synodales, vt diximus *in antecedenti dubio*, non conſtituuntur à Principe, neque de conſenſu partium, igitur conſtitui non poſſunt minores vigintiduobus annis, quæ eſt ætas requiſita à Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *c.12.* verſ. *ad cæteras*, ac proinde concludendum videtur, quod debeant verè, & non diſpenſatiuè habere eam etatem, quam Concil. requirit, enimuerò minores ætate, minoris etiam diſcretionis preſumuntur *gloſ.in d.c. cum vigeſimū* verſ. *peregeris*, & *in d.l. cum Prætor*

Digitized by Google

Prætor verbo *iudicio* 12. *ff. de iudicijs*.

11 ¶ Et quod minor diſpenſatus per Papam ad Canonicatũ, vel dignitatẽ in cathedrale, non cenſeatur ob id diſpenſatus, vt poſsit eſſe Iudex delegatus obſeruat D. Petrus Barboſa *in d. l. cum prætor. §. vlt. num. 60. Gratian. diſcept. for. p. 2. c. 270. num. 7.*

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Prothonotariatus quod ſit dignitas oſtenditur, & quod Prothonotarius poſſit conſtitui Iudex Synodalis arguitur.

1 DVbitatur 12. An Prothonotarius Apoſtolicus, qui non ſit Canonicus alicuius Cathedralis, nec obtineat aliquam dignitatem, vel perſonatum in Cathedrali, vel Collegiata poſsit conſtitui Iudex Synodalis, ratio dubitationis eſt, quia vt ſubtiliter obſeruat D. Germonius *de Iudult. Card. §. etiã*

2 *ex eo num.* 54. † Scriptores Apoſtolici ex Priuilegio fel. rec. Leonis X. & aliorum ſubſequentium Rom. Pont. inter cœteras prærogatiuas, & honores, illam obtinent, vt omnes, & ſinguli Scriptores huiuſmodi tã præſentes, quàm futuri ſint D. Papæ, & Sanctæ

3 Sedis Apoſtolicæ Notarij; † id quod etiam conceſſum eſt Militibus Lauretanis per fel. rec. Sixtum V. nam eiuſmodi Militibus, & eorum primogenitis concedit, vt dicantur Nobiles, & Aulæ Lateranenſis Comites, & ex his, Clerici dicantur Prothonotarij Apoſtolici: Laici verò dicantur Milites militiæ inauratæ.

4 Nihilominus, vt idem Germonius tradit *vbi ſup. num.* 64. extinguitur, & finitur illa Dignitas Prothonotariatus in perſona illius, qui Officium Scriptoriæ dimiſsit, & remanet vti priuatus; dignitas vero tranſitio eum, in

5 quem transfertur Officium, † nam dignitas Prothonotariatus videtur eſſe ibi cauſa cõſecutiua, atque realis, & ſequi ſuam cauſam inductiuam, & officium ipſum, *Dd. in l. ſordidorum C. de excuſat. munerum. lib. 10.*

6 Et eo magis quod dignitas Prothonotariatus extraordinarij cõceditur etiam non Doctori, & etiã non exiſtenti in alia dignitate Eccleſiaſtica; vnde non ita facile poteſt admitti præſumptio ſcientię in Prothonotario, ſicuti admittitur in Canonico Cathedralis, quamuis non ſit Doctor, vt concludunt omnes ſcribentes *in d. c.*

7 *ſtatutum* 11. *de reſcrip. in* 6. † nam dignitas Eccleſiaſtica, & Canonicatus non confertur ſine examine circa ſcientiam, quod non præſtatur in eo, qui inſignitur dignitate Prothonotariatus: Hinc exclamat Ant. de Prætis *in Clypeo c.* 8. *num.* 17. quod multi ſunt Prothonotarij adeo ignari, qui vix merentur ſeruire Prothonotarijs.

8 Nihiloſecius ex quo Prothonotariatus eſt dignitas *l. eos C. de excuſ. munerũ. lib.* 10. *& ibi Io. de Plat. & Rebuff. iuncto Gomes in proœm. reg. Cancell. q.* 1. *& Caſ-*

ſan-

ſan. in Cathal. p. 4. conſid. 29. Theſ. for. Eccl. de grad. & dign. c. 2. num. 34. Granut. ad Sim. de reſeru. benef. quaeſt. fi. Germ. d. §. etiam ex eo num 86. & ſequenti.

9 † nec aliae perſonae conſueuerunt decorari tali dignitate, niſi Eccleſiaſticae, quod communis practica probat; & etiam colligitur ex praeallegato Priuilegio fel. rec. Sixti V. conceſſo Milit. Lauret. dicerem proinde Prothonotarium Apoſtolicum, ſiue ſit creatus à
10 Papa; † ſiue ſit à Legato Apoſtolico, quod praeſtare poteſt, *teſte Granutio d. quaeſt. fi.* poſſe conſtitui, & deputari in Iudicem Synodalem, tanquam obtinentem Eccleſiaſticam dignitatem, me tamen ſubmitto correctioni Sacrae Congreg. cuius eſt hoc decidere.

11 Nec obſtat ratio dubitandi adducta de Scriptoribus, tum quia eorum officium eſt venabile, & per conſequens tranſmiſsibile, & ſic ſequeretur magnum abſurdum ſi dignitas Prothonotariatus remaneret etiam poſt dimiſſum officium, quippe qui ſic poſſent
12 oriri infiniti Prothonotarij, † cum tamen infinitas debeat euitari *l. qui bona §. fi. & ibi not. ff. de dam. infect. Abb. in c. 1. num. 4. de pri-*
13 *uil.* † vbi ait dignitatem, quae per ſe alioqui excellens eſt, numeroſitate vileſcere.

14 Hinc etiam ait Germonius *in d. §. etiam ex eo num.* 70. quod in Italia dignitas Doctoratus hodie eſt contemptibilis, quoniam paſſim omnes promouentur ad illam:
15 Tum quia, vt dictum eſt, Prothonotariatus in Scriptoribus nō ſtat de per ſe, ſed conſecutiuè, & acceſſoriè ad officium Scriptoris, ideo ſublato officio ceſſare debet dignitas acceſſoria *Germonius d.*
16 *§. etiam ex eo num.* 64. † At in Prothonotarijs creatis vt ſupra quia dignitas huiuſmodi ſtat de per ſe, ideo videtur quod poſsint conſtitui Iudices Synodales: & ita tenerem donec appareat contraria deciſio.

17 Neque me turbat exclamatio D. Ant. de Pratis, etenim quamuis non habeatur ratio Doctoratus neque alterius dignitatis, cuius rei teſtis ipſe ſum, qui ita in practica vidi in D. Nicolao Ottello Canonico Eccl. Collegiatae Inſignis S. Mariae ad Niues Ciuitatis Alexand. qui licet neutriuſque iuris, nec Theol. Doctor ſit; attamen à fael. rec. Greg. XV. huiuſmodi dignitate Prothonotariatus honeſtatus fuit.

18 Habetur tamen ratio nobilitatis, quae planè ex ſerie Priuilegij, ſeu Breuis huiuſmodi, ne de ſubreptione impugnetur, debet ſemper verificari; vnde iam ceſſare videtur ratio exclamationis D. Ant. de Pratis; quippe qui nullus eiuſmodi Ruſticus poteſt tali dignitate
19 decorari; † cum autem in nobili Eccleſiaſtico praeſumatur ſcientia ſaltem ſufficiens; in affirmatiua proinde adhuc perſiſterem.

20 Sed ſuboritur aliud dubium. Quid ſi Prothonotarius antequam receperit Inſignia huiuſmodi Prothonotarijs tradenda, & antequā praeſtiterit debitum fidelitatis iuramentum, deputaretur in Iudicem Synodalem An teneret talis

deputa-

Digitized by Google

deputatio? Ratio dubitationis ea potiſsima eſt, quia Prothonotariatus videtur conceſſus ſub conditione, vt iuramentum preſtetur, qua non impleta, gratia non videtur dici perfecta *l. neceſſario §. quod ſi pendente ff. de peric. et cō-*
21 *mod. rei vend.* † D. Granut *in præalleg. q ſi. ad Simonetam num. 5.* ſimilem quæſt. mouet circa reſeruat. benef. & referens pro affirmatiua, deciſ. 110. *Peregrin. lib. 1. & dec. 339. Put. lib. 2.* ea quippe
22 ratione, † quia propter erogatum prætium 100. aur. in expediendis literis Protonot. neceſſarium, præſumptio emanat de eius ordine, & mandato factam eſſe impetrationem, cuius intererat; nihilominus inclinat in negatiuam per iura, & doctrinas, quas ibi adducit *num. 6. & ſeq.* & in eadem negatiua ait reſidere Mandoſ. *in 8. q. reg. 1. Cancell.* ſed ex quo quæſtio Granutij erat de defuncto antequam ad ipſum perueniret Breue, ſcrupulus nondum tritus adhuc non ſilet, quando iam accepit breue, ſed neglexit iuramentum præſtare.

¶ Poſt hæc ſcripta vidi deciſ. Putei ſuperius relatam, nec video quod Rota concluſerit in affirmatiuam ex ratione, quam dicit Granutius loco citato, nimirum propter erogatum prætium 100. aureorum, ſed quidem ex eo, quia gratia
23 dicitur pura, & perfecta † non obſtāte, clauſula *volumus autē quod antequā inſignia Prothonotariatus ſumas iuramentū in manibus, & c præſtes*, quia dictum fuit quod hęc verba reſpiciūt tantū aſſumptionem inſignium, qua etiam aſſumptione non ſecuta gratia eſt
24 perfecta. Huiuſmodi enim gratiæ ſolent expediri per breue ſub annulo piſcatoris, quæ plane breuia ſimul atque ſunt ſubſcripta, & ſigillata gratia eſt perfecta, *Put. deciſ. 279. lib. 2.* quod autem dictū fuit de impenſa 100. aureorum hoc fuit ad demonſtrandum quod gratiam fuerat impetrata de conſenſu gratiati, licet eſſet abſens,
25 & ſic probatur acceptatio, quinimo dictum etiam fuit, quod etiam ante acceptationem inducitur reſeruatio iuxta deciſ. 11. de præb. in nou. & deciſ. 15. tit. eod in antiq.
26 Et ſecundū iſtam affirmatiuā iudicarem, quidquid dicat Granutius, qui plane videtur errare dum arguit à c. ſi tibi abſenti de pręb. in 6. ad gratiam Prothonotariatus; ſiquidem per d. c. non datur niſi ius
27 ad rem, vt ipſemet fatetur, per breue autem, vt dictum eſt, gratia
28 remanet pura & perfecta eſt, enim compatibile quod aliquis habeat gratiam Prothonotariatus, nec aſſumpſerit inſignia.

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Qui dignitatem aliquā dimiſit retinet reliquas, & veſtigia honoraria dignitatis dimiſſa; & vacantibus in inferiori dignitate præfertur, non tamen poteſt conſtitui Iudex Synodalis.

1 DVbitatur 13. An ille qui aliquam dignitatem dimiſit, poſſit nihilominus conſtitui Iudex Syno-

2 Synodalis. Ratio dubitationis ea eſt potiſsima quia in dimittente aliquam dignitatem remanēt aliqua illius veſtigia in memoriam antiquæ dignitatis, hoc eſt nomen, ſeu honor, & prælatio honoris *Io. de Platea ad l. 1. & 2. C. de præt.* cum alijs citatis per Germon. *de Indult. §. etiam ex eo n.*
3 74. † quæ planè veſtigia faciunt ipſum honorariū *l. 2. C. vt dignit.*
4 *ord. ſeru.* Reſpondendum videtur negatiuè; nam quamuis concedatur aliquas reliquias, & honoraria remanere in huiuſmodi dimitten-
5 tibus officium cum dignitate, † quod tamen pretio, aut ſuffragio non fuerunt adepti, quo caſu nedū ceſſaret dignitas cum Officio, verum etiam omnes reliquiæ, & nulla remanerent veſtigia, *l. vniuerſi & ibi Bart. Plat. & Rebuff. C. de lega. lib. 10. quam allegat Germ. vbi ſup. num. 79.*
6 Attamen huiuſmodi veſtigia cōceduntur ſine præiudicio tertij, & ſine aliquo exercitio præcedentis
7 dignitatis, † nec tales dimittentes, & honoraria habentes præferuntur vacantibus in eadem dignitate; tametſi præferantur vacantibus in dignitate inferiori *Germon. d. § etiam ex eo num. 74.*
8 *& ſeq.* † nec huiuſmodi veſtigia afficiunt, vt in terminis reſeruationis benef. decidit Rota coram R. P. D. Oriolen *& eſt deciſ. 70. num. 11. p. 1. diuerſ.* vbi dictum fuit, quod huiuſmodi veſtigia non ſufficiebant ad inducendum reſeruationem beneficiorum, *Germon. d. §. etiam ex eo num. 81.* & ex his tenerem non poſſe deputari in Iudicem Synodalem illum, qui habet duntaxat veſtigia honoraria.
9 ¶ Sed fortaſſe vacabit hic expreſſius annuere quibuſnā perſonis licitè poſſint fieri delegationes Apoſtolicæ iuxta diſpoſitionem Sacr. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de ref. c. 10.* Ne autem diutius immoremur.
10 Dico primo Vicarium Epiſcopi poſſe licitè delegari, eſt enim in dignitate *glo. in verb. delegatus in Clem. 2. de reſcrip cum ibi not. Iomol. Zabarel. & alÿ*, quos cumulat Barboſa *de poteſt. Epiſc. al-*
11 *legat. 54. num. 132.* † prout etiam poteſt deputari Executor mandatorum, & gratiarum Apoſtolicarum *Rebuff. in praxi benef rubr. forma nou. priuil* verſ. *officialis Epiſc. Sbroz. de off. Vic lib. 2. q. 23 num. 6. & Barboſa d. alleg. 54.*
12 *num. 136.* † ſicuti poteſt eſſe Conſeruator; Eraſ. à Cochier. *de iuriſd. ord. in exemp. p. 1. q. 39. n. 4.* & Sbroz, qui *in q. 27. num. 4. & ſeq. lib. 2. de off. Vic.* hoc defendit plures ad id cumulans ibidem iuncta glo. *in d. Clem. 2. vbi ſup.*
13 † ea ratione quia Vicarius Epiſcopi habet dignitatē in Cathedrali, cum non conſtet quod illa dignitas ſit alterius Eccleſię quàm Cathedralis tāquam profluens iure connexitatis ex dignitate Epiſcopi *arg c. tranſlato de conſt.* † vltra quod poteſtas Conſeruatorum non eſt ordinis Pontificalis, ſed iuriſdictionis contentioſæ, *Io. de Lignano quē refert Imola in d. Clem. 2. n. 31. poſt Anchabid.* in contrariū annuit Barboſa *alleg. 106. num. 13.* niſi ſit ex ſpeciali priuilegio vt Vicarius poſſit eſſe

15 eſſe conſeruator. † & in tantum eſt verũ quod Vic. Epiſcopi poteſt eſſe delegatus Papæ, vt etiam locũ habeat in Vicario Epiſcopi electi & confirmati, ſed nondum conſecrati *gloſ. in d.c.2. verb. Epiſc. de reſcrip. Pauin. de po. cap. ſed. vac. p.2. q.10. num. 6. Sbroz. d. q.23. num.4. & poſt illos Barboſa d. al-*
16 *leg. 54. num* 138. † Sicuti etiam poteſt eſſe delegatus Vicarius Capituli Sed Epiſc. vac. *Pauin. d.q. 10. num. 6. & 8. & Barboſa d. alleg. 54. num. 137. vbi alios quã*
17 *multos citat* † iſta tamen cõcluſio locum ſibi non vendicabit in Vicario foraneo Epiſcopi, nulla alia
18 ſibi ſuffragãte dignitatẽ, † etenim ratione huiuſmodi Vicariatus nullam habet dignitatẽ Zenzel. Imol. & alij in d. Clem. 2. de reſcrip. Sebaſtianus Vant. de nullit ſenten. ex defect. iuriſd. deleg. num. 66. & probatur in d. Clem. 2. per gloſ. in verb. delegatus & ver. Foraneo, *Sbroz. lib. 2. q. 22. num. 13. Bar-*
19 *boſa d. alleg. 54. num. 139.* † vbi dicit *num.* 140. quod Vicarius foraneus potius dicitur obtinere officium quam dignitatem *Ric. in praxi for. Eccl. reſ. 577. in 1. ædit.*
20 *ſiue 552. num. 1. in 2. ædit.* † prout minus etiam intrabit ad Vicariũ Prælati inferioris etiamſi habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem
21 *Sbroz. d. q. 23. num. 8. Barboſa d. alleg. 54. num. 141.* Hoc tamen declarandum eſt vt ſimpliciter, & de iure non cadat delegatio in iſtis Foraneo, & inferiore, ſed bene ſi Papa ex certa ſcientia illos delegatos faceret *Sbroz. ibid. n. 2.*
22 † poteſt enim Summus Pontifex delegare cauſam ſimplici Clerico, vt poſt Alex. concludit Illuſtriſs. Card. Tuſcus bon. mem. *in ſuis concluſ. lit. D. concluſ.* 145. *n.7.*
23 Dico ſecundò Canonicum Eccleſiæ Cathedralis poſſe eſſe delegatum Papæ per *c. ſtatutum iuncta gloſ. cum ibi not. per ſcribentes de reſcrip. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 2. num. 39. Pariſ. de reſignat. lib. 2. qu. 10. num. 102.*
24 † neque refert quod fortè non ſit doctor; etenim præſumitur habere ſcientiam *gloſ. in d.c. ſtatutum & dixi ſuperius iſto c. dub. 11. n. 6*
25 † prout etiam non refert ſi ſit tantum Theologus, nam quamuis nõ debeat fieri Vicarius Epiſcopi, niſi ſit doctor in iure canonico *ad not. per Sbroz. de off. Vic. lib. 1. q. 36. num. 13. vbi etiam citat Brun. in conſ. 8. qui Latè agit de off. Aſſe-*
26 *Vic.* † niſi ſibi aſſeſſorem aſſumat, quia tunc nedum Theologus, quinimo quilibet ſimplex poſſet con-
27 ſtitui Vicarius, † nam & imperiti poſsũt eſſe iudices *Bald. & Salic. in l. pen.* in princ. *C. de iudic. Fel. in c. ſciſcitatus num. 9. de reſcrip.* qui loquitur de iudice ſpirituali,
28 † At Garzia *de benef. p. 5. cap. 7. num.* 17. dicit quod Epiſcopus, conſtituendo Vicarium Theologum, aut aliàs ineptum, grauiter peccat, & tenetur ad reſtitutionẽ damnorum, inde ſecutorũ, cui opinioni aſſentitur Vgolin *de poteſt. Epiſc. c. 4. § . 8. num. 3.* Segura de aualos *in direct. iudicum Eccl.*
29 *fori p. 1. c. 3.* † nihilominus poteſt eſſe delegatus Papæ, ſed debebit aſſumere ſibi aſſeſſorem, ſicut debebit aſſumere alius Canonicus,

Digitized by Google

qui non ſit doctor, vbi tamen cau-
ſa eſſet rei fori contentioſi, ſecus
ſi tantum reſpiceret forum ſpiri-
tuale, quia tunc Theologus non
teneretur aſſumere aſſeſſorem, ſed
quidẽ teneretur alius Canonicus,
qui Theologiam moralem non
poſſideret.
30 De Canonico regulari Eccl. Ca-
thedr. Gratianus in diſcep. foren.
c. 270. n. 6. dicit quod non poteſt
eſſe delegatus Papæ ſicut poteſt ſę-
cularis Canonicus, nã, inquit, talis
Canonicus Monachus adhùc di-
citur eſſe ſub obedientia, quippè
qui Epiſcopus habet ſe illis tan-
quam caput, & Abbatẽ, quidquid
ſit quando deputantur per Papam
quia tunc valet delegatio, quia
pręſumitur facere ex certa ſciẽtia.
31 Quid autem dicendum de Cano-
nico minore 22. ann. quo cum ſit
diſpenſatum per Papam ad obti-
nendum Canonicatum, numquid
poterit conſtitui delegatus? late
hoc dubium explicaui *ſuperius*
hoc ipſo c. dub. 11. cum reſolutio-
ne in negatiuam, quam poſt illa
ſcripta inueni etiã D. Petrũ Barb.
tenere *in l. eum prætor. Gratian.*
d. c. 270. *n.* 7. *§. vlt. n.* 60. *ff. de iud.*
32 Dico tertiò collectores, & ſub-
collectores poſſe eſſe delegatos
Papæ, quia habent dignitatẽ cum
iuriſdictione *Gonzal. ad reg. 8. gl.*
33 51. *n.* 79. † vbi etiam dicit quod
ſubcollectores debent habere qua-
litates requiſitas per d. c. ſtatutum
11. de reſcrip. in 6.
34 Dico quartò Prothonotarius poſ-
ſe eſſe delegatos vti latius proba-
35 ui in antecedenti dubio, † nec re-
fert vtrum ſolitum iuramentum
fidelitatis emiſerint necne; qui-
nimo neque reuelat ſi forte noti-
tiam gratiæ nondum habuerint,
dummodo re vera tempore dele-
gationis fuerit conceſſa ante ip-
ſam delegationẽ, vt infrà dicetur,
per allegata in anteced. dub. n. 10.
36 Sed an iſta concluſio locum obti-
neat in Prothonotarijs habenti-
bus huiuſmodi prærogatiuã dun-
taxat ratione officij, & quæ extin-
guitur quando officiũ ammittitur
quales vidimus eſſe Prothonota-
riatus ſcriptorũ Apoſtolicorum
ad notata per Germon. de indult.
§. etiam ex eo num. 54. dicerem,
quod reſignato officio non poſſet
delegari talis reſignans, quia
deſinit eſſe Prothonotarius, ſed
benè dum obtinet adhuc officium
37 † quia Scriptores Apoſtolici con-
ſtituunt collegium honorabile, &
dicuntur eſſe in dignitate.
38 Dico quintò Commendatarium
perpetuum poſſe eſſe delegatum
Papæ *Gonzal. ad d. reg. 8. gloſ.* 5.
39 *§.* 8. *num.* 10. † et Rebuff. qui aſ-
ſerit poſſe delegari cauſas Com-
mendatario Abbatis ſicut Abbati
titulari *de pacif. poſſeſſ. num.* 41.
40 Dico ſextò Priores & Guardia-
nos Ord. Mendic. dummodo ſint
Eccleſiæ Conuentualis, non autem
clauſtralis, poſſe deputari in dele-
gatos à Papa per *Clem. 2. de reſcr.*
41 *iuncta gloſ.* † In Conſeruatores
tamen nullatenus illos poſſe depu-
tari deciſum per Sacr. Congreg.
negotijs Epiſc. & regul. præpoſi-
tam teſtatum facit Barboſa *de*
poteſt. Epiſc. alleg. 106. *num.* 15.
vbi de verbo ipſam deciſ. refert.
42 Porrò quæ dicatur Eccleſia Con-
uentua-

Digitized by Google

uentualis explicat gloſ. *in c. nobis* in verbo *in Conuentuali de iure patronatus*, vbi dicit, quod eſt in qua duo, vel tres in collegio ſunt;
43 † animaduertendum tamen eſt quod duo non faciunt Collegium, licet ius Collegij poſſint ſuſtinere, imò & vnus *c. Gratum de poſtul.*
44 *Prael.* † nā de natura Collegij eſt vt ſint ad minus tres *per l. Neratius ff. de verb. ſignif.* idē annuit gloſ. *in d. c. nobis* verſ. *in Conuentuali* & dixi in praxi *praelud. 2. n. 12.*
45 Canonico autem Collegiatæ Eccleſiæ quamuis alioqui ſit doctor, ſi tamen aliquam dignitatem vel perſonatum non habeat, nullatenus poterūt delegari cauſę ex vi d. c. ſtatutum, vt late oſtendi ſuperius *iſto c. dub. 10.* vbi retuli declarationem Sacræ Congregationis.
46 Verum in conſideranda habilitate Delegati inſpiciendū erit tempus datę commiſſionis *Gigas de*
47 *penſ. q. 22. num. 19.* † etenim qualitas, quæ requiritur in delegato debet adeſſe de tempore commiſſionis *Abb. in conſ. 93. lib. 2.* Illuſtriſsimus Tuſcus *d. concl. 145. n. 15. lit D* Pariſ. *de reſign. lib. 4. q. 1.*
48 *num. 17.* † nec oberit ſi forte tempore præſentationis renunciatio facta ſit, quia poterit adhuc procedere, ſecus verò ſi tempore commiſſionis non erat, ſed tempore præſentationis erat Canonicus *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 4. Gonzal. ad reg. 8. §. 3. prom. n. 75. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 27. num. 28.*
49 Hinc infertur quod ſi Canonicus, cui committi contingat cauſam à Sede Apoſtolica, poſt acceptationē literarū deſinit eſſe Canonicus, quia fortaſſe renunciauit, non propterea deſinit eſſe delegatus, & Iudex in cauſa illa *Carz. Gyron. de priuil. num. 510. cum ſeq.*
50 Hoc intelligendum putarem vbi delegatio reſpicit perſonam non autem dignitatem, puta ſi dirigeretur commiſsio N. Canonico talis Eccleſiæ, at ſecus ſi dirigeretur primo Canonico, vel tali dignitati, & ſic delegans non intueretur perſonā, ſed dignitatem, *Bellarm. conſ. 6. Card. Tuſc. concluſ. 155.*
51 *lit. D.* † etenim renuncians habetur pro mortuo.
52 De Iudice Synodali, vel Conſeruatore, ex quo electio fit de perſona prout qualificata, non autem de dignitate prout eſt dignitas, aliter dicendum puto, vt, inquam, poſsit permanere in officio *Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 11. num. 6. &* 14 *in fi Gratian. diſcept. for c. 92*
53 Vtrum autem delegatus poſsit ſubdelegare non conſtitutum in dignitate, affirmatiuè reſoluit *Ric. in praxi reſol. rer. quotid. deciſ. 622. in 1. edit. alias reſol. 420. in 2 edit. et reſol. 89. in eadem 2. edit.*
54 Sed declarandum puto, vt fieri poſsit ſubdelegatio non habenti dignitatem quoad aliquem articulum, at ſecus quo ad totū cauſam
55 † quia tunc non poſſet fieri niſi conſtituto in dignitate *Alex. conſ. 77. n. 5 lib. 2. Card. Tuſc. cōcl. 145. num. 2. & 150. num. 10. lit. D.* quæ concluſio locum habet
56 etiamſi eſſent Iudices inter Laicos, & partium conſenſus interueniſſent *Alex. ibid. num. 5. & 6.*
57 Niſi tamen communi opinione

iudica-

iudicarentur verè eſſe in dignitate *Alex.ibid. num.6.* Vel niſi adeſſet conſuetudo cõmittendi etiam non conſtitutis in dignitate, dummodo haberetur pro conſtitutis in dignitate, vti eſt in Tuſcia, vbi plebani de conſuetudine reputantur eſſe in dignitate *Card. Tuſc. concluſ.* 145. *num.9. lit.D.*

58 Epiſcopus tamen quiuis alius & inferior exercens ordinariã iuriſdictionem, etiamſi ſit legatus, poteſt facere delegationem, etiam non obtinenti dignitatem *Bero. conſ.* 109. *lib.3. Tuſc. d. concluſ.* 145. *n.*11. *lit. D.* & hæc ſufficiant.

DVBVM XIV.

ARGVMENTVM.

Locus inſignis dicitur iuxta prouinciæ opinionem.

1 ORitur aliud dubium valdè proficuum circa ea, quæ diximus in antecedẽti dubio quatenus diximus cauſas non poſſe cognoſci in locis nõ inſignibus, quamuis omnia ibi haberentur; quæ reperiri poſſunt in locis inſignibus; dubitatur, inquam; quænam loca dicantur magna, vel inſignia. Inn. † *in c.præſenti de reſcrip. in 6. ſuper gloſ. Copia n.3.* vbi hoc dubium excitat, dicit recurrendum eſſe ad communem opinionem Prouinciæ *l.labeo 7.ff. de ſuppell. legat.* Io.Monach. *in c.ſtatutum* 11. *de reſcrip. in 6. in princip.* & hoc idem conſuluit Nauar. *de verb. ſignif. conſ.1. n.*4. vbi tenuit Villam Fonſecam, licet non ſit muris cincta, quia tamen habet 800. Municipes, quod eſt quoddam præcipuum in ordine locorum Hiſpaniæ non muratorum, eſſe proinde locum inſignem, & ego dixi ſupra *in prælud.*

2 (margin)

3 2. *dub.* 2. *de Eccleſia Colleg.* † vt dicamus cum Inn. *vbi ſup.num.*3. quod relinquitur arbitrio boni viri, id eſt iudicis illius terræ, ad quem ſit citatio *l. continuus §. item qui* 137. *ff. de verbor. oblig.* & non arbitrio Iudicis Ciuitatis, qui in hoc potius cenſetur pars quàm Iudex quia non præſumitur quod contra factum ſuum ſententiaret *l. ne in arbitris* 4. *C.de arbitr.* quod etiam annuit Nauar. *d.conſ.1. n.3.* dum ait, quod is, cui committebatur diſpenſatio, accepit informationem de contentis in commiſſione, & conſequenter de loco illo an eſſet inſignis.

4 † Hinc Innoc. loco citato mouet dubium quid ſi ille locus haberet Iudicem vnum in temporalibus, & alterum in ſpiritualibus? & reſpondet quod ſi ambo ſint præſentes, ſimul amborum arbitrio diffiniendum eſt, & idem ſi ſint plures; dummodo omnes hi Domini, ijdemque Iudices ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quia ſæcularis arbitrium putat non eſſe adeundum; & ſi non ſint omnes preſentes, procedent tantum præſentes;

5 † ſi verò omnes eſſent abſentes, vel aliàs eſſent, certa ratione ſuſpecti, tunc, inquit, alij boni viri eligerentur

6 ad hoc, † & ſi non poſſent hi concordare, procederetur ſecundum tenorem *cap. legitima* 2. *de appel. in 6.* per quod ſtatuitur, vt ipſis arbitris

arbitris per iudicem competens terminus præfigatur, intra quem in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum, eius ſuſpitionis negotium terminare pro-
7 curent, † alioquin Iudex ex tunc in principali negotio procedere non omnittit; & hi inquit, Innoc. procedunt iuris ordine non ſerua-
8 to; † ſed dicit quod ſibi magis placet, vt arbitrium boni viri ſit Iudicis, qui de cauſa cognoſcit, & ſic loquatur *d. l. continuus §. item 137 ff de verb. oblig.*

Poſt hæc ſcripta accepi ab Illuſtriſs D. meo Decretum Sac. Congreg. rit. cum informatione iuris, quod hic inſerendum duxi, & eſt tale.

Decretum Sacræ Congreg. Rituum vnà cum informatione Iuris D. L. Centeflorenij pro Ill. Communitate ciuitatis Nouæ.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. DD. Cardinalibus Sacr. Congreg. Rituum.

9 PRÆSVPPOSITA Conſtitutione Innoc. III. in Conc. Lugdunenſi ædita ac relata *in c. ſtatutum de reſcrip. in 6.* qua cauetur, vt nullis, niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis cauſæ authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum eiuſdem de cætero committantur: nec audiantur alibi, quàm in Ciuitatibus, & locis inſignibus, vbi poſſit commodè copia peritorum haberi.

Supplicatur Sac. Congreg. vt dignetur declarare, an oppidum Ciuitatis Nouæ Firmanæ Diœceſis ſit ad prædictum, & alios Iuris effectus inſigne, necne?

10 QVamuis inſignis ſit iuris diſceptatio, maximèq; controuertant Doctores, quodnam ſit, & dicatur Oppidum inſigne; receptiſſima tamen eorundem ſententia eſt Iudicis arbitrio hoc eſſe repoſitum, vt poſt *gloſ. in d. c. ſtatutum* in verbo, *copia*, teſtantur, *Lapus, Specul. Tiraquel. & alij* apud *Menoch. lib. 2. de arbitr.*
11 *centur. 2. caſ. 158. num. 4.* Verùm tamen quia nihilominus oportet, arbitrium Iudicis eſſe regulatum, omiſsis leuioribus inſpectionibus ſitus, ſalubris aeris, fertilitatis territorij, iucundiſsimi maris aſpectus, portus, opportuni amnis, & ſimilium, quæ omnia ad hanc cauſam plurimum conferunt probabimus nos, Oppidum noſtrum inſigne eſſe ex infraſcriptis qualitatibus, quas Doctores ad hoc dignoſcendum tradiderunt.
12 Prima igitur qualitas, quæ locũ inſignem reddit, eſt numerus habitatorum, ità *Bonif. de Vital. in Clem. grauis num. 56. de ſenten. excom.* & hæc qualitas ſatis, ſuperque reperitur in Oppido noſtro, quod, vt infrà dicetur plures rerum Italiæ Scriptores admo-

admodum frequens eſſe teſtantur, & re ipſa conſtat familijs, ſeu focularibus octingentis viginti, habitatoribus verò quatuor mille, exceptis quatuor regularium, & vno ſanctimonialium Monaſterijs ibi exiſtentibus; vt patet ex Inſtrumento hac de re in forma authentica exhibito. Quæ populi numeroſitas haud dubiè locum inſignem reddit; vt arguitur ex ſententia *Nauarri* qui *Conſ.* 1. *de verb. ſignif.* reſpondit *Oppidum Ponſecæ Toletanæ Diœceſis eſſe inſigne, quia habebat octingentos municipes.*

13 Secundò quia fortè numerus habitatorũ dumtaxat non ſufficeret ad hoc vt Oppidum haberetur pro inſigni, ſi omnes eſſent populares, & mechanicis artibus operam darent, nec vlla ibi eſſet diſtinctio Populi, nobilium ſcilicet à Plebe, & textus *in d. c. ſtatutum*, ad hunc effectum ſpecialiter, & expreſsè requirit copiam peritorum, ſcilicet iuris, vt ibi declarat gloſ. omiſsis pluribus, qui in eodem oppido, & præſertim in Academia ibi iam pridem erecta armis, & literis decorati exiſtunt, & retroactis temporibus extitere, vt multorum ſcripta teſtantur, & patet ex oblatis literis Cardinalis, & eius Prouinciæ Legati, qui de anno 1457. illud propterea eximia laude digniſsimum exiſtimauit, necnon ex literis erectionis ipſius Collegiatæ, vbi aſſeritur, idem oppidum notabili Doctorũ, & Nobilium numero refertum

14 eſſe; ex fide itidem authentica, probatur in oppido noſtro extare, hoc tempore vigintitres Iuris vtriuſque Doctores exindè oriundos, ac viuos; quæ quidem qualitas proculdubio locum inſignem

15 reddit; † cum eiuſmodi Doctores ſint nobiles, etiam præferendi ijs, qui nobilitatem non à ſe, ſed à parentibus acceperunt, vt latè probat *Tiraquell. de nobil. cap.* 5. *n.* 3. *&* 5. *& Caſſanæus in Cathalogo gloriæ mundi* 12. *conſiderat. par.* 8. *&* 24. *conſider. par.* 10.

16 Et vt ait Petrarcha de Patria glorioſa, ſumma loci laus ſola virtus eſt Ciuium: Vnde etiam Virgilius Romam commendans, eam fælicem prole virum appellat; & ex Iuris peritis locum inſignem reddi, tradunt *Vitalinus, & Menoch. locis citat. &* Specul. *tit. de vit. §. primo* verſiculo *ſi qua loca, & alij plures.*

17 Et quia Galen. in exhortatione ad bonas artes aduertit, quòd ſi fixius, & attentius (vt ipſe ait) contemplemur res hominum, comperiemus, non homines factos Illuſtres ex Ciuitatibus; ſed è contrà per viros bonos, & artibus præſtantes eorũ patrias fuiſſe nobili-

18 tatas *reſol.* non erit fortaſſe abſq; animaduerſione prætereundum Anibalem Carum Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ Commendatarium ex oppido noſtro oriundum fuiſſe, quippè qui, quamuis hæc eius Patria ex ſe inſignis non eſſet, adhuc ſui hominis, & ſcriptorũ celebritate poſſet eam talẽ per ſe ſolus efficere; vt infinita penè exempla teſtantur eorũ, qui dũ in viros celebres euaſerũt hãc gloriæ ſuæ partẽ impertierunt, & Patriæ.

Tertiò

19 Tertiò Bartholus *in l. bonorū de bonorum poſſeſſ. & Bald. in l. iuris ignorantia*, C. *qui admitti*, tradiderunt, eum eſſe locum inſignem, qui habet iuriſdictionem mero, & mixto imperio inſignitā, & hanc qualitatem non defuiſſe oppido noſtro teſtantur inter cœtera diplomata authentica, quæ dantur Manfredi Regis Hieruſalem, & Siciliæ, & Nicolai IV. quibus illi omnimoda iuriſdictio, exceptis tantùm cauſis hæreſis, & læſæ Maieſtatis conceditur, &c.

20 Et tādē hęc qualitas probatur ex communi opinione Vulgi, vt ait *Gloſſ. & Ioan. Monach. in dicto cap. ſtatutum*, quæ conſtantiſsimè ſuffragatur Oppido noſtro. Verùm, ne quis objiciat, quòd communis opinio plerumque eſt mēdax, *l. ſi priuatus in 2. reſponſo, ff. qui & à quibus, & l.* Barbarius, *ff. de officio Prætoris*: & quod ait Tullius de legibus, nihil ſtultius eſt, quam ſentire opinione vulgi aliquem eſſe beatum: ac pro *Mur.* nihil eſt incertius vulgo: & alibi *pro Ploti* non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, diligentia, & quia ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus; probabimus, oppidum noſtrum inſigne eſſe ex teſtimonijs, adeoque ex communi opinione Principum, & ſcriptorūm, quibus nulla omninò exceptio poteſt opponi.

21 Et quidē magni, ac ſupremi Principes, & ipſimet Romani Pontifices, ac Imperatores, qui illud ampliſsimis priuilegijs decorarunt, ſemper inſigne, ac percelebre exiſtimarunt, inter quos.

22 Primò Gregor. IV. in indulto Ciuitatis nouæ, cuius copia authentica datur, emendi, & extrahendi frumentum abſque licentia Sedis Apoſtolicæ de anno 840. appellat nobiles eius loci habitatores, ibi, *dilectis filijs, & nobilibus viris Poteſtati, & Communitati Ciuitatis nouæ, &c.*

II. FEDERICVS II. Imperatorj anno 1243. ſcribens Poteſtati, & Communitati Ciuitatis nouæ, quam tunc ſub ſua, & Imperij poteſtate eſſe contendebat, toto tenore literarum, quæ exhibentur ſatis innuit, quam celebre hoc oppidum exiſtimaret, cuius conceſſionem Sedi Apoſtolicæ iām factam reuocat, & nunquam impoſterum ab Imperio alienari poſſe decernit.

III. Anno 1302. Dux Venetiarum illius Reipub. nomine epiſtola ſua per Nuncium ad hunc effectum expeditum tranſmiſſa, quam inſcribit, *nobili, & ſapienti viro Poteſtati, ac prudentibus Viris Cōcilio Communitati Ciuitatis Nouæ amicis ſuis dilectis*, poſt ſignificationem factam de reconciliatione inter Rempublicam, & Eccleſiam Romanam inita, concludit his verbis, *Amicitiam igitur veſtram attente requirimus, & rogamus, quatenus vobis placeat, &c.* vt conſtat ex literis exhibitis.

23 IIII. Anno 1457. Cardinalis Borgia, tunc Prouinciæ Marchiæ Legatus, proindeq. eius oppidi ſub ſua legatione exiſtentis qualitates optimè callens, in literis Sacr. Congregationi oblatis, quibus authoritate Caliſti III. eius Patrui

Digitized by Google

indulget Communitati Ciuitatis nouę, vt poſsit ſibi Iudices, & alios officiales eligere, de Ciuitate noua, ait, *quæ inter alias eius Prouinciæ terras florens, & eximia laude tàm in ſitu, quàm in hominum præſtantium numero digniſſima exiſtit.*

24 V. Sixtus V. anno 1585. in erectione Ciuitatis nouæ in Ducatū, quę non ſine præuia, ac diligenti loci informatione fieri conſueuit; habita ratione, quòd idem Oppidū, vt ipſe ait, incolarum frequentia, & opibus erat admodùm inſigne, in nobilem Ducatum erexit.

25 VI. Clemens VIII. anno 1593. habita ratione, vt ait, quòd eadem Terra, quam eius Prædeceſſor Ducatus titulo, & honore decorauerat, muris, cincta, & notabili Doctorum, copioſoq. Chriſti fideliū, aliorumque vtriuſque ſexus numero referta erat, in ea Eccleſiā Collegiatam, ex ſententia huius Sacræ Congregationis inſignem, erexit.

26 VII. Magnus Etruriæ Dux, & Magiſter Sacræ Religionis Equitum Sancti Stephani, quamuis eius ſtatuto expreſsè caueatur, vt admittendi ad eam Religionem inter alias qualitates originem trahant à loco, qui ante eius ortum Ciuitas fuerit; nihilominus habita ratione qualitatum Ciuitatis Nouæ, plures indè oriundos, quorum vnus iàm viuit, diuerſis temporibus admiſit.

Et tandē Sacra Religio Hieroſolymitana Commendatariū Anibalem Carum, cuius ſupra meminimus, & alios indè oriundos, itidèm abſque vlla difficultate recepit.

Quibus accedit teſtimoniū, & communis opinio ſcriptorum, inter quos.

Primò Plin. *lib.3. ſuæ natur. hiſtor. cap.13.* appellat Ciuitatem nouam, Nouanam, eamq; refert inter antiquas eius temporis Ciuitates.

II. Abrahamus Ortellus *in Theſauro Geograph. ait Nouana Piceni vrbs Plinio (Nobana aliquot codicibus) Città noua nunc, &c.*

III. Paulus Merola Belga *in ſua coſmographia par.2. lib.4. fol.176.* refert Ciuitatem nouā inter alias quas itidem vocat antiquas Prouincias Marchiæ Ciuitates, & infra de ea fol.180. ait, *haud procul à mari nobiliſsimum Oppidum frequensvè in monte Ciuitas noua, quæ Nouana à Plinio appellatur*; vndè conſtat de identitate loci, eumvè antiquitus fuiſſe Ciuitatem.

IV. Leander Alberti Frater Ord. Prædicatorum in deſcriptione Italiæ ſub titulo Marchiæ Anconitanæ, ſiue Piceni regione VIII. vocat Ciuitatem nouam nobilem, & valde plenam populo.

V. Pamphilius Poeta *in tract. de Piceni nobilitate, & laudibus fol. 68.* commendat Ciuitatem nouam multis carminibus ibi.

Palladis arboribus gaudent noua mænia celſis.
Hunc ſibi ſelegit lata Minerua locum, &c.

Et Annibal Carus, licèt fortè in hac cauſa videri poſſit ſuſpectus; in ſuo Italico Epigrammate de Ciuitate noua ait.

Pico

Pico non vidde mai nido ſi bello.

VI. Confirmatur ex his quæ refert Coyrus, qui in V. parte ſuæ hiſt. pag. 352. ait, quòd cùm anno 1445. idem Oppidum magno exercitu obſeſſum fuiſſet à Taliano Duce exercitus Regis Neapolis, tantùm abeſt, vt expugnatum fuerit, vt potiùs exercitus nullo illato Oppidanis damno, coactus fuerit ab obſidione diſcedere.

Id quòd teſtatur etiàm *Author fragmentorũ Ciuitatis Firmanæ, qui in c. 102. fol. 118.* ait, regionẽ totam Picentinam præter Ciuitatem nouam defeciſſe, quæ obſidione præmebatur à prædicto Taliano: additq; *Auximum, & Recinetum, & Montem ſanctũ eorũuè exemplo reliqua Piceni Oppida ſe ſponte eidem Taliano dediſſe*.

27 Ac deniq. cõprobatur ex ſententia huius Sac. Congregationis, quę dum quæreretur, an Eccleſia Collegiata S. Pauli Ciuitatis nouæ eſſet inſignis adhoc vt Dignitas, & ſaltem dimidia pars Canonicatuũ ibi exiſtentium conferri debeat habentibus qualitates *cap. 12. ſeſſ. 24. Sacr. Triden. Concil.* necnon adhoc vt Illuſtriſsimus Archiepiſcopus poſsit in vim *cap. 15. eiuſdem ſeſſ. & Concil.* augere illius redditus, qui ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, ac perſonarum qualitate non ſufficiunt; hac peculiari loci conſideratione inter reliquas Eccleſiæ qualitates iàm cẽſuit, eſſe inſignẽ. Et quia, præter inſignem hanc Collegiatam, habet intra eius mæniorum, ac territorij diſtrictum trigintaquatuor alias Eccleſias, in eius planta impreſſa deſignatas, quæ omnes fabrica, & ornatu, ſacraq; ſuppellectili pro dignitate nitent.

Quę omnia, & plurima eiuſmodi, breuitatis gratia, omiſſa, ſicut magnæ exiſtimationis, & opinionis argumentũ præſeferunt: ità planè probant, Oppidum noſtrum eſſe

28 vetuſta nobilitate inſigne, † cum integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententijs cõfirmatur *can. extra conſcientiã diſt. 64. & cap. prudentiam de off. deleg. Specul. in tit. de Aduocato §. 3. verſ. habi-*

29 *to, & verſ. ſeq.* † & per ampliores homines perfectiſsima veritas reueletur, *l. vltima, C. de fideicom.*

L. Centoflorenius.

30 *SAcra Rituũ Congregatio, re maturè diſcuſſa, ac præallegatis iuribus ſemel, atque iterũ attentè conſideratis, cenſuit, prædictum Oppidum Ciuitatis nouæ eſſe ad omnes iuris effectus inſigne: atque ideò honoribus, ac priuilegijs Oppidorum inſignium frui, & gaudere poſſe, ac debere. Die 10. Decemb. 1622.*

F. Maria Cardin. à Monte.

Io. Baptiſta Rinuccinus Secr.

Illuſtriſſ. ac Reuerend. DD. Card. Sac. Congr. Rituum.

Pro Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, & Communitate Ciuitatis Nouæ.

CVm aliàs Sacra Congregatio ad certos tunc expreſſos effectus

Digitized by Google

declarauerit Oppidum Ciuitatis nouæ Firmanæ Diœceſis, & Eccleſiam Collegiatam S. Pauli in eo exiſtétem eſſe inſignia; ruſſùs ſupplicatur eidem Congregationi, vt pro conſueta benignitate dignetur declarare, an idem Oppidum, & Collegiata ſint inſignia ad omnes iuris effectus; ita vt tàm Oppidum ipſum, quàm Collegiata honoribus, priuilegijs, & prętogatiuis Oppidorum & Collegiatarum inſignium frui, & gaudere poſsint, ac debeant?

Cauſa ſemel, atque iterùm in Sacra Rituum Congregatione propoſita, eadem Congregatio, re maturè diſcuſſa, ac loci, & Eccleſia qualitatibus conſideratis, cenſuit tàm Oppidum, quàm Collegiatam prædictam eſſe ad omnes iuris effectus inſignia, atque ideò honoribus, ac priuilegiis Oppidorum, & Collegiatarum inſignium frui, & gaudere poſſe, ac debere. Die 10. Decembr. 1622.

F. Maria Card. à Monte.

Io. Baptiſta Rinuccinus Secr.

GREGOR. PAPA XV. Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Pauli Oppidi Ciuitatis nouæ Firmanæ Diœceſis, ac Vniuerſitas, & Homines eiuſdem Oppidi, quòd, cum aliàs Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſacris ritibus præpoſiti declaraſſent ad certos tūc expreſſos effectus. Oppidum, & Eccleſiam huiuſmodi eſſe inſignia; nuper iidē Patres, inſtantibus de nouo Capitulo, & Canonicis, necnon Vniuerſitate, & hominibus prædictis, decretum ediderunt tenoris ſubſequentis; videlicet.

Cauſa ſemel, atque iterùm in ſacra Rituum Congregatione propoſita, eadem Congregatio, re maturè diſcuſſa, ac loci, & Eccleſiæ qualitatibus conſideratis, cenſuit, tàm Oppidum, quàm Collegiatam prędictam eſſe ad omnes iuris effectus inſignia, atque ideo honoribus, ac priuilegijs Oppidorum, & Collegiatarum inſignium frui, & gaudere poſſe, ac debere die 10. Decembr. 1622.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, Capitulum, & Canonici, necnon Vniuerſitas, & homines prædicti plurimùm cupiāt, Decretum huiuſmodi pro illius firmiori validitate, & ſubſiſtentia Apoſtolicæ Noſtræ confirmationis robore communiri; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſuper præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Capitulum, & Canonicos, ac Vniuerſitatem, & homines prædictos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorū ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodo-

modolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentiũ duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum prædictum Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus; decernentes, præſentes literas validas, firmas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq. plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Capitulo, & Canonicis, necnon Vniuerſitati, & Hominibus prædictis in omnibus, & per omnia pleniſsimè ſuffragari, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris, die 25. Februarij 1623. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

S. Card. S. Suſannæ.

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Si quis citetur ad locum non inſignẽ, conſulitur quid faciendũ ſit.

1 EX quo in antecedenti dubio vidimus quænam loca dicantur inſignia, & quis iudex poſsit huiuſmodi inſignitatem declarare: occurrit modo non ineptum dubium, quid inquam iuris erit ſi quis citetur ad locum nõ inſignẽ?

2 Diſtinguendum † videtur; vel enim excuſatio facti eſt notoria, vel eſt dubia; ideſt, aut locus eſt notoriè non inſignis, aut dubitatur an ſit inſignis. Si igitur nulli dubiũ eſt, vel eſſe debet quod locus, ad quem fit citatio, non eſt inſignis, citatio, & proceſſus non tenet; ſi verò excuſatio eſt dubia, tunc debet ire, & coram eo proponere de facto loci, peritorum, & huiuſmodi: & ſi pars neget, requirendum eſt arbitrium boni viri, cui ſi pars citans nolit ſtare, alia pars ſecurè appellat: & ſi alia pars, quę allegat cõtra locum, nollet ſtare arbitrio, iudex ſecurè procedit;

3 † ſi verò dicit ſe grauatum à bono viro in definiẽdo vtrum locus ſit inſignis nec ne, tunc non licet appellare ſicut nec in arbitris, ipſius enim arbitriũ dicitur *per l. continuus 137. ff. de verb. oblig. Inn. nu. 3. in cap. præſenti 2. de reſcrip. in 6.*

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur vbi negari contingit aliquem locum non eſſe inſignem, vel è contra.

1 DIximus in præcedenti dubio, quod vbi pars negat aliquem locum eſſe, vel non eſſe inſignem, debet requiri arbitrium boni viri; nunc dubitatur, an poſsit dari appellatio

pellatio abſque huiuſmodi arbitri datione. *Inn. nu. 3. verſ. vel dic. in c. praeſenti. de reſcrip. in 6.* dicit,
2 quod † etiam ſine requiſitione boni viri poteſt ſtatim appellari, ſic *appello nè procedas, quia non eſt locus iſte aptus examinationi cauſarum*, vel propter ſui vtilitatem,
3 vel iuriſperitorum defectum; † iudex autem qui cognoſcet de appellatione, ſi inuenit cauſam veram appellationis, caſſabit quicquid iudex fecit poſt appellationem, alioquin confirmabit *per c. interpoſita de appell.*

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Citatus extrà locum inſignem, ſi non comparet, an ſit tutus, declaratur.

1 DVbitatur ex his, quę diximus in antecedenti dubio, vbi dixi poſſe recurri ad remediũ electionis arbitri, & ad remedium appellationis, vbi quis citatur extra locum inſignem. Dubitatur inquam quid iuris ſi pars citata extra locum huiuſmodi nõ vadat, neque appellet, quia credit ſe tutam, *per cap. praeſenti 2. de reſcrip. in 6*, vbi, habetur quod impune non
2 paretur? † Reſpondet Innocen. ibi verſ. *ſed quid ſi pars*, quod tutius eſt ire, & defectum coram iudice exponere, veruntamen ſi nõ vadat; & feratur ſententia contra ipſum, vel fiat miſsio in poſſeſsionem, vel fulminetur excommunicatio, non tenet, ex nullitate citationis *arg. l. ſi cum dies §. ſi arbiter 28. ff. de*
3 *recep. arbitr.* † quia in ſententia, & in citatione ſufficit ſi notorium eſt impedimentum, namque notoria debent haberi pro expreſsis *l. ſi*
4 *verò 5. ff. qui ſatiſd. cog.* † ſed ſi notorium non ſit; tunc ſi non vadit tenet excommunicatio, & miſsio in poſſeſsionem *l. ſi quis ex 5 ff. de iudic. c. ſi duobus 7. de appel.* nec facit vim ipſe Inn. vtrũ Iudex ſciuerit defectum loci, an ignorauerit, ſufficit enim inquit, in veritate eſſe, quod notorium eſt ibi de-
5 fectum loci eſſe; † & quamuis putet, quod expreſsè litigando in talibus locis poſsit tacitè renunciari
6 huic exceptioni; † attamen non eundo ad illa loca, vel non appellando, non videtur renunciari, vel tacitè cõſentiri quod procedatur; imo potius contradici videtur.

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Statuta legenda ſunt quoad ſubſtãtialia, non quoad omnia verba.

1 DVbitatur 18. an ſit neceſſe vt ſtatuta legantur, & an de verbo ad verbum. Reſpondet Bot. *de Synodo p. 3. actu 6. nu. 36.* dicens quod neceſſe quidem eſt vt ſtatuta Cõc. Generalis, vel etiam Prouincialis legantur in Synodo diœceſana, quæ primo quoque tempore celebrabitur poſt concluſionem huiuſmodi Concilij, vt aliâs vidi-
2 mus *dub. 6. nu. 5. c. 2.* † & debet Synodus diœceſana celebrari infra ſex menſes à celebratione Concil.

Pro-

Prouinc. *Archid. in cap. ſi Epiſcopus* 18. *diſt.*

3 Quo vero ad ſecundum membrũ dubij. Not. Card. Alex. *in c. ſi. diſt.* 18. quod Conc. Prouincialia debẽt legi tota, & pleniſſimè, nec putat ſatis eſſe ſi legantur in parte. At Henr. Bot. *loco citato* dicit quod videtur ſufficere ſi ſubſtantialia legãtur licet tota verba non legantur, per ea, quæ ſcribit Bal. *in c. vltra tertiam de teſti.* quem ibi ſequitur verſ. *& iſta* Fel. *& in proœm. decret.* verſ. *primus*.

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

De Synodi eſſentia non eſt, vt porrigantur, aut audiantur querelæ.

1 Dubitatur 19. an ſit de eſſentia Synodi, vt audiãtur querelæ Bot. *de Synodo p. 3. act. 7.* tenet, & concludit quod non, quamuis ſi adeſſent, qui vellent querelas porrigere deberent omnino audiri; quocirca eliguntur Iudices querelarum.

Pro conſtanti itaque, inquit tenendum eſt, quod tametſi querelæ non porrigantur, valida nihilominus ſit Synodus, quaſi hoc non ſit de forma.

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Querelati in criminalibus non tenẽtur reſpondere, niſi citati, ſecus in ciuilibus.

1 Dubitatur 20. ſi aliquæ querelæ porrigantur, an teneantur reſpondere illi, contra quos fuerunt porrectæ, quamuis non citentur. Innoc. *in c. graue de præb.* quem ſequitur Io. Andr. ibi, dicit quod in ciuilibus, etiam non citati tenen-
2 tur reſpondere. † In criminalibus autem nequaquam, niſi citentur, & eis exponantur crimina, ſuper quibus accuſantur, & hanc opinionem Inn. ait Bott. in tract. *de Synodo p. 3. num.* 41. eſſe ſeruandam in praxi, addens pro hoc teſtimoniũ Imol. *in d. c. graue*.

¶ [Vtrum verò licitum ſit in cauſis criminalibus appellare, Reſponde-
3 tur quod, aut Reus vult appellare ante diffinitiuã ſententiam ab interlocutoria, vel alio grauamine, quod poteſt per diffinitiuam reparari; aut aliàs poteſt ab ipſa diffinitiua appellari, & iſto caſu non
4 poteſt appellari, † alioquin appellatio, quod eſt remedium ad innocentiæ præſidium inſtitutũ, ad ini-
5 quitatis defenſionẽ † adhiberetur, ac proindè Conc. Trid. *ſeſſ.* 13. *de reſor. c. 1. verſ. cum igitur*, ſtatuit vt ab omni interlocutorijs, & grauaminibus nõ appelletur, nec Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi huiuſmodi tanquam friuolæ deferre teneatur, ſed ea & quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine etiam immemorabili contraria non obſtãte, ad vlteriora voleat procedere: quæ conciliaris diſpoſitio locũ obtinet etiã in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis

6 Vbi autem grauamen per diffiniti-

finitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua appellari non poteſt, quibus caſibus Sac. Conc. illibata vult ſtatuta antiquorum canonū, tunc diſtinguendum vide-
7 tur, † aut enim Reus confeſſus eſt, & tunc licitum erit Iudici à quo, non obſtantibus appellationibus, & inhibitionibus, abſque pęnarū incurſu ad vlteriorē executionem pro pęnæ in ſentētia irrogatæ con ſecutione procedere *Pius V. glorioſæ mem. in Conſtit. motus propr.* 180. *incipien. cum ſicut, quæ eſt reformatoria Conſt. Pij IV. & aliorum Pōtif. in hac materia*:
8 Si verò non ſit confeſſus, † tunc poterunt admitti, & recipi omnes, & ſingulæ appellationes, ac quæcunque deſuper pro tempore prę-ſentatæ, & pręſentādæ commiſsiones, & illarum vigore inhibitiones, citationes, & monitoria decerni, præſtita tamen prius cautione idonea per partem, ſeu partes appellantes non confeſſas, in forma depoſiti, pro pęna, in qua condemnatus extitit, & ſeu reſpectiuè de ſe conſtituendo in carcere, & ibidē remanendo in quacūq; parte Iudicij, † & quatenus pars eſſet diues, facto, prius actuali depoſito, arbitrio Iudicis ad quem alioquin appellatio habetur pro nō interpoſita, *Veral. deciſ.* 16. *n.* 4. *p.* 1. *apud Marcheſan. de cōmiſ. pit. tit. de cōmiſ. appel. in cau. crimin. nu.* 104. *pag.* 1282. *in nou. impreſ.*
10 Licet autē iſta cōſtitutio piana reſpiciat tātūmodò Fiſcū Apoſtolicū; *Marcheſ. vbi ſup. n.* 105. inoleuit tamen ſtylus Signaturę iuſtitiæ, vt quandocunq. contingit cōmitti cauſā appellationis in criminalibus, ſēper apponatur clauſula *parito ſententiæ*, vel *ſeruato exilio, & forma motus propr. Pij IV. & Pij V.*
11 Porrò huiuſmodi in cauſis criminalibus, qui pecuniariam paſſus fuerit ſententiam à qua appellauerit, ſi caſus ſit appellabilis vt ſupra, tenebitur appellans, infra ſex menſes à die ipſius interpoſitæ appellationis computandos, ita corā Iudice appellationis cauſam ſuam proſequi, vt etiam expeditionem
12 reportet, † quibus elapſis, & expeditione coram Iudice à quo non reproducta, tenetur idem Iudex à quo ad quācūq; Fiſci inſtantiam, etiamſi iura fuerint traſportata, ſententiam ipſam debitę executioni, omni mora poſtpoſita, demandare.
13 Hæc Pius V. glorioſæ mem. *in conſtit.* 143. *mot. prop. incip. licet Iuri*, & huiuſmodi terminum ſic limitandum opportunè duxit ne appellationis remedium contra iudicum iniuriam à legibus introductum, in iudiciorū ſubterfu-
14 gia, & calumniam vertatur; † ac proinde mandat in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pęna indignationis Apoſtolicæ, & priuationis officiorum, etiamſi ex cauſa onerosa obtineātur, ac refectionis omnium damnorū & intereſſe, vt appellātibus, ſine mora, acta, & proceſſus quoſcūque effectualiter tradi curent, & faciant; Iudices autem ad quos bona fide, & omni verſutia ſemota, ad cauſarum legitimam expediendam procedant.
15 Quæ planè conſtitutio licet videatur

deatur emanata tantum reſpectu degētiū in ſtatu Eccleſiaſtico, attamen quia conuenire videtur cū Conc.Trid.*d.ſeſſ.13.de reform.c.3.* vbi decernitur vt Reus appellans in cauſa criminali ab Epiſcopo,vel eius Vicario generali producat coram Iudice, ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ,& Iudex niſi illis viſis ad eius abſolutionem mi-
16 nimè procedat: † Acta verò intra xxx. dies poſtulanti gratis exibeantur à Iudice à quo alioquin cauſa ſine illis terminetur, prout Iuſtitia ſuadebit.

17 Vbi verò per aliquas cauſas aliquo modo extorqueantur gratiæ, per quas pœnæ Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, vel remittantur omnino,vel minuantur,ſtatuit Sacrum Concilium *d. ſeſſ. 13. de reformat. cap. 5.* vt Epiſcopus apud Eccleſiam ſuam reſidens de ſubreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis,vel delicti,de quo ipſe inquirere cęperit, aut remiſſione pœnæ,ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerit, falſis precibus impetretur, per ſcipſum, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus,etiam ſummariè cognoſcat, ipſamq; gratiam, poſtquam per falſi narrationem,aut veri taciturnitatem obtentam eſſe legitimè conſtiterit,non admittat.

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Ius reuocandi domum quando accuſatis competat.

1 Dubitatur 21. an accuſati habeant ius reuocandi domū. Inn. *in c. graue* verſ.*item nota de preb.* & poſt eum Io. And. & alij relati per Bott. *de Synodo par. 3.*
2 *actu 7. nu. 42.* † dicit,quod ſi Synodus fiat pro ſpecialibus negotijs, & petatur quod reſpondeatur ſuper alijs, vel aliàs ſit de longinquo,& in caſibus,qui de ſui natura non tractantur in Synodo, habent
3 ius reuocandi domum. † at verò ſi indiſtinctè generaliter fiat pro omnibus negotijs emergentibus, vel ſit de ijs, quę de ſui natura tractantur in Synodo,non habet tale ius reuocandi *arg. c.ſi.de dilat.& c.ſi.de fo. compet.*

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Inquiſitio poteſt fieri ſine præcedente fama,quia non agitur ad imponendam pœnam de crimine, intellige de inquiſitione generali,ſecus de ſpeciali.

1 Dubitatur 22. an correctio morum fieri debeat fama præcedente, & ſic etiam præmiſſa inqniſitione Bot.de Syn.*p.3. act.9. nu.45.* verſ.*& hac inquiſitio* dicit quod poteſt fieri inquiſitio ſine fama præcedente,quia, inquit,non agitur ad imponendum pœnam
2 de crimine. Et debet fieri inquiſitio ſummaria de his, quæ ſunt notoria, vel de quibus ſtatim poteſt fides haberi, vel certè habentur per confeſſionem delinquentium.
3 Aduertendum tamen, quod vbi

dicitur quod poteſt fieri inquiſitio nulla fama præcedente, intelligendum eſt vbi inquiſitio fiat generalis; ſecus ſi fieret ſpecialis, & contra certam perſonam, quia tunc deberet præcedere infamia *Inn. in c. 1. de poſtul. prælat. Abb. in c. ſicut de accuſat.* & huiuſmodi inquiſitio fieri debet de delictis certis, non autem incertis.

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Obedientia Epiſcopi poteſt præſcribi paſſiuè, ſed non actiuè, quia nemo poteſt præſcribere vt nulli ſubdatur.

1 Dubitatur 23. An obedientia, quæ debetur Epiſcopo in Synodo, poſſit per ſubditos præſcribi. Videtur quod non *per c. non liceat de præſcrip.* Card. Zabarel. nihilominus *in Clem. fi. de cenſ.* dicit quod non poteſt præſcribi actiuè,
2 ſed paſſiuè ſic, † quia quamuis nõ poſſit præſcribi vt nulli diœceſano ſubdantur, poteſt tamen præſcribi, vt alteri quam proprio ſubijciantur *per c. cum olim de priuil. & c. cum perſona tit. eod. in 6.* Henric. Bot. *de Synodo par. 3. act. 10. n. 50.*

DVBIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

Obedientia Epiſcopi conſiſtit in exhibitione reuerentiæ; in ſuſceptione mandatorum: & in ſubeundo iudicio.

1 Dubitaui 24. In quibus conſiſtat obedientia, quæ debetur Epiſcopo in Synodo. Henr. Bot. *de Synodo p. 3. act. 10. n. 51.* dicit quod conſiſtit potiſſimum in tribus *ſecundum gloſ. in ſum. 93. diſt.* Primò in exhibitione reuerentię idest in honore, qui adhibetur verbis,
2 nam honor, † qui exhibetur verbis auctoritate Zab. *in c. de his de ma. & obed.* & Abb. *ibid. not.* 4. dicitur honorificentia: Secundò obedientia conſiſtit in ſuſceptione mandatorum. Tertiò in ſubeundo iudicio.

DVBIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Omnes in Synodo tenentur ad reuerentiam, ſed non omnes ad honorificentiam; ad ſuſceptionem tandẽ mandatorum non tenentur niſi Subditi.

1 Dubitatur 25. An omnes teneantur ad obedientiam in Synodo erga Epiſcopum cum qualitatibus, ſeu prærogatiuis, de quibus in antecedenti dubio; nempe honorificentiæ, mandatorum ſuſceptionis, ac iudicij ſubiectionis. Dicendum videtur quod ad honorificentiam non teneantur, ad reuerentiam autem teneantur etiã exempti per ea, quæ notat Bot. *de Synodo p. 3. act. 10. nu. 54.* ad reliquas vero poſtremas non tenentur niſi ſubditi, & poſſunt per Epiſcopum compelli ad illas præſtandum *Inn. in cap. edoceri de reſcrip.*

DV-

DVBIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

Teſtes Synodales vt conſtituantur, videtur de forma Synodi.

1 Dubitatur 26. An ſit de eſſentia, & forma Synodi vt conſtituantur teſtes, qui Synodales vulgo appellantur. Videtur quod ſit pe forma *per c. Epiſcopus in Synodo* 35. *q.* 6. vbi præſcribitur etiã forma iuramẽti quod præſtari debet, Bot. *de Synod. p.* 3. *act.* 11.

DVBIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

Numerus teſtium Synodalium relinquitur arbitrio Epiſcopi.

1 Dubitatur 27. An poſſint plures paucioresuè teſtes ſeptẽ eligi. Hoc tangit. *Bot. de Syn. p.* 3. *actu* 11. *nu.* 63. & dicit quod hoc relinquitur iudicio Epiſcopi iuxta amplitudinem diœceſis, & quamuis poſſint conſtitui etiam extra Synodum, ſatius tamen eſt, vt conſtituantur in Synodo; nam ex hoc appellantur teſtes Synodales *cap. preterea de teſtib. cogen.* alioquin appellarentur teſtes publici quia reipub. ſeruiunt.

DVBIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

Teſtes Synodales poſſunt quandocunque iurare.

1 Dubitatur 28. An debeant huiuſmodi teſtes iurare in principio ſui officij Bot. *de Synodo act.* 11. *nu.* 64. *p.* 3. dicit quod ſufficit ſi poſtea iurent, ſatius tamen eſſet iurare in ipſa Synodo.

DVBIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

Teſtibus Synodalibus creditur quoad denunciationem tantum: in reliquis ſubiacent exceptionibus, ſicut alij denunciatores.

1 Dubitatur 29. An ſit credendum Synodalibus teſtibus vt excludatur omnis exceptio contra eos. Bot. *de Synodo par.* 3. *act.* 11. *n.* 70. hoc mouet, & dicit credendum eſſe huiuſmodi teſtib. quoad denunciationem ſolum, ſed non quoad condemnationem, ita vt nõ poſſit ad eorum denuuciationem ferri ſententia condemnatoria, quia hoc fieri non poteſt *Abb. in c. præterea de teſt. cog.* danturq; exceptiones contra ipſos teſtes *per c. in omni de teſt.*

2 Omitto plures alios quæſitus, quos facit Bot. ibi nimirum, an teneantur ſe inſcribere, vbi quod non: An puniantur ſi malè denuntient, vbi quod ſic: an ſi concurrant cũ Archidiacono viſitante poſſint officium ſuum ſine ipſius licentia exercere, vbi quod ſic; Cuius expẽſis ſint nutriendi, vbi quod expẽſis Parochiarum, ad quas vadunt.

DVBIVM XXX.

ARGVMENTVM.

Cathedraticum ſoluitur in honorem principalis Cathedræ.

H 2 1 Dubi-

Digitized by Google

1 DVbitatur 30. quare ſoluatur Cathedraticum. Bot. *de Synodo p. 3. actu 13. nu. 76. & ſeq.* dicit quod Cathedraticum ſoluitur in honorem Cathedræ principalis *c. placuit* 10. *q.* 3. *c. conquerente de off. ord. cap. olim de cenſ.* Goffredus *in ſum. de off. ord. & de*
2 *cenſ.* † & alio nomine appellatur Synodaticum, quia ſoluitur in Synodo.

DVBIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

Exactiones pecuniariæ in Synodo fieri non debent, ſecus de decimis.

1 DVbitatur, 31. an liceat fieri in Synodo aliquas pecuniarias exactiones. Boteus hoc quærit *in tract. de Synodo. p. 3. act. 13. n. 78.* & reſoluit negatiuè, quia, ſubditi, retraherentur venire ad Synodum *per c. de Eulogis* 18. *diſt.* & ſi Epiſcopus cõtrariũ faciat dicit, quod tenetur ad quadruplum, *per c. quo-*
2 *niam quidem diſt. ead* † vbi gloſa dicit quod hoc eſt quia committitur crimen concuſſionis.

3 Declara tamen hoc ſano modo, nam ſi exigerentur decimæ pro ſeminario, vel aliàs à Papa in dictæ, quamuis clerici tunc eſſent in Sy-
4 nodo, non diceretur concuſſio. † nã crimen concuſſionis eſt, quando quis exigit, quod ei non debetur, & ſibi retinet, vel reportat vtile, & ex eo commodum capit.

DVBIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

Exemptio generalis non comprehendit cathedraticum.

1 DVbitatur 32. ſi Epiſcopus det generalem exemptionem, an cenſeatur eximere à Cathedratico. Reſoluit Bot. *de Synodo p. 3. actu 13. nu. 83.* quod non *per c. pa-*
2 *ſtoralis de donat.* nam cathedraticum ſoluitur nonniſi Epiſcopo in ſignum honoris, & ſubiectionis in ſpiritualibus *c. cum venerabilis de cenſ.* & ibi Zabarell. verſ. *eſt aliud de donationibus.*

DVBIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

Cathedraticum eſt ſolutio duorum ſolidorum.

1 DVbitatur 33. quantum ſit cathedraticum, & in qua pecunia ſolui debeat. Reſoluendum videtur quod ſunt duo ſolidi *c. placuit* 10. *q.* 3. & olim ſoluebatur in vſuali moneta ex Archid. *in d. cap.*
2 *placuit.* † ſed Io. Andr. *in c. fi. de iudic.* vult ſolidos ibi capi pro au-
3 reis *poſt glo. in d. c. placuit*, † pro qua facit, quia appellatione ſolidorum lex intelligit de aureis *l. quoties ff. de ſuſcep. præpoſ. &*
4 *arc.* † Nos tamen dicamus quod
5 eſt ſeruanda conſuetudo, † quia quamuis non poſſit cathedraticũ præſcribi in totum; poteſt nihilominus præſcribi, vt non ſoluatur in parte, & perficitur ſpacio 40. an-
6 norum *per c. olim de cenſ.* † & poteſt proinde induci cõſuetudo tam ſuper modo, & tempore ſoluendi, quàm ſuper qualitate monetæ;
7 quinimo, † & ſuper diminutione, vel augumento cathedratici *Abb. in d. c. olim de cenſ.*

DV-

DVBIVM XXXIV.

ARGVMENTVM.

Solutio Cathedratici ſit ex currenti pecunia & iuxta conſuetudinem.

1 Diximus in antecedenti dubio quod in ſolutione Cathedratici ſeruanda eſt conſuetudo: modò dubitatur quid ſeruandum, vbi nulla ſit conſuetudo. Reſp. Boteus *in tractu ſæpius allegato de Synodo Epiſcopi in 3 p. actu 13 n. 53. & ſeq.* quod tunc quælibet Parochia
2 debebit ſoluere pecuniam, quæ currit in ea ipſa Parochia, ideſt ſo-
3 lidos vſuales, † & ſi diuerſæ monetæ current, ſoluet ex ea, quæ erit magis vſualis, & vulgaris *D. Barboſa de pot. Epiſ. p. 3. alleg. 86. n. 40. & ſeq.*

DVBIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt cogere ad oſtendendum priuilegium, per quod quis eximatur à ſolutione Cathedratici.

1 Dvbitatur 35. An Epiſcopus poſſit cogere beneficiatos, vt oſtendant de iuribus ſuis, quando non eſt vſus ſoluendi cathedraticum. Boteus *de Synodo p. 3. act. 13. n. 94.* dicit quod poteſt cogere tales ad oſtendendum priuilegium, vel exemptionem à præſcriptione, iudicato, vel conſuetudine cauſa-
2 tam, † quia Epiſcopus habet intentionem fundatam à iure communi *per cap. cum perſona de priuil. in 6.*

DVBIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus conſulit capitulum cathedralis, non autem collegiatæ, vbi res Eccleſiæ alienanda ſit collegiata.

1 Dvbitatur 36. circa ea, quæ dixit Bot. in 14. actu Synodi, An inquam Epiſcopus teneatur conſulere Synodum in alienatione rerum Eccleſ. in ijs caſibus, in quibus de iure poteſt ſine beneplacito Apoſtolico: & videtur quod ſic *per*
2 *c. placuit* 10. *q.* 3. † nihilominus conſuetudo ſe habet in contrariū, nam conſueuit tantum peti conſenſum Capituli Eccleſiæ Cathedralis, licet res alienanda ſit alicuius Eccleſiæ habentis Capitulum.

DVBIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non poteſt auferre reliquias ſanctorum traditas perpetuæ ſepulturæ; ſecus ſic.

1 Dvbitatur 37. An Epiſcopus poſſit ſine beneplacito Apoſtolico auferre reliquias Sanctorū de aliqua Eccleſia ſibi ſudiecta, vel
2 titulari. † Videtur quod ſic *per cap. corpora de conſec. diſt. 1.* vbi Turrecrem. tenet poſſe Epiſcopū concedere huiuſmodi Reliquias alicui abſque conſenſu Apoſtolico; dummo-

dummodo non ſint traditæ ibi perpetuæ ſepulturæ, quam opinionē refert,& ſequitur Grilenzon. *conſ.* 28. Angel. Sylueſt. *& alij ſummiſtæ* in verbo *reliquia* Armilla verbo *religio* D. Thom. 2. 2. *q.* 96.

3 Porrò Curia Archiep. Neapolit. teſte D. Io. Alou. Ricc. *in prax. alienat. rer. Eccl. reſol.* 60. *nu.* 2. tenet contrarium, per Cōſtitutionem Pauli II. quæ incipit *Ambitioſæ de reb. Eccl. non alienand. inter com.* ea ratione, quia ſunt res præcioſiſſimæ.

DVBIVM XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Feſta mobilia quo die ſint perpetuò celebranda, & quomodo inuenienda luna cuiuslibet menſis ad dictū effectum traditur regula.

1 Circa actum 15. quem recenſet Bott. nimirum, vt enuncietur Paſcha, dubitatur quo die celebrādum ſit Paſcha, & cætera Feſta mobilia, quolibet ann. Breuiter dico quod erit perpetua regula, menti tradenda, quod Septuag. perpetuò celebrabitur Dominica immediatè ſequenti poſt Lunam 10. Ianu. excluſiuè: nam ſi Luna 10. contingat in Dom. Septuageſima differtur in ſequentem Dominicā, alioquin Paſcha contingeret Luna 14. Martij, & ſic conueniremus cum Hebræis in celebratione Paſchæ, id quod vetitum eſt Concilio Niceno: Dies cinerum celebrari debet fer. 4. immediatè poſt Lunā 27. Ianuarij excluſiuè propter rationē vt ſupra: Paſcha celebrari debet Dominica immediatè poſt Lunam 14. Martij excluſiuè, & ea dicitur Luna Martij, quæ renouatur in æquinoctio, nempe 21. Martij, vel ei proximior: Aſcenſio Domini celebrari debet Fer. 5. immediatè poſt Lunam 25. Aprilis: Penteceſtes celebrari debet Dominica immediatè poſt Lunam 4. Maij excluſiuè: Feſtū corporis Chriſti celebratur Fer. 5. poſt Lunā 15. Maij excluſiuè: Qnatuor anni tempora ſeruantur cum Ieiunio Fer. 4. 6. & Sabb. *Poſt Cineres*: Fer. 4. 6. & Sab. *poſt Pentecoſten.* Fer. 4. 6. & Sabb. *poſt Feſtum exaltationis* S. *Crucis excluſiuè*, de menſe Septembris, Fer. 4. 6. & Sabb. *poſt Feſtum S. Luciæ excluſiuè*; de menſe Decēbris.

In praxi autem, ſic fiet; animaduertatur; quę Epacta, quæ item litera Dominicalis currat anno propoſito, eaque inueſtigetur, pro reperiēda Septuageſima, inter diem 8. Ian. & 5. Febr. incluſiuè, ab ea incluſiuè enumerando deorſum 10. dies, & Dominica, quæ primò occurret, poſt huiuſmodi 10. dies, qui ſunt Lunationes, erit Septuageſima, niſi vt dictū eſt, cadat 10. dies huiuſmodi in Dom. Exempli gratia, anno 1622. Epact. eſt 18. litera Dom. B, ſi in Calend. Breuiarij quęratur Epact. 18. collocata reperietur 13. Ian. enumerentur igitur 10. dies à 13. Ian. incluſiuè, perueniemtur ad 22. ſed quia litera B, eſt collocata 23. Ian. ea die nimirum 23 celebrabitur Septuageſima

Item anno 1625. Epact. erit 21. litera Dom. E, ſi quæratur Epact. 21. reperietur aſſignata diei 10. Ian. ſi verò

verò enumeretur deorſum dies 10. includendo diem 10. peruenietur ad diem 19. ſed quia litera E, eſt aſſignata diei 19. Septuageſima, non ea die celebratur, ſed protrahitur in 26. Ian. vbi primò occurit ead. lit. E.

Ad inueniendum diem Cin. enumerādi ſunt deorſum dies 27. à die vbi reperta fuerit Epacta currens, inter 8. Ian. & 5. Febr. vt dictum eſt, & Fer. 4. quæ primò occurret, poſt huiuſmodi Lunā 27. erit dies Cin. niſi occurrat in fer. 4. vt dictum eſt de Septuageſima.

Paſcha etiam inuenienda eſt eod. modo per Epactam reperiendam inter 8. Martij, & 5. Aprilis, incluſiuè enumerando deorſum 14. dies, ita vt Dom. quæ primò occurret erit Paſcha, habita ratione vt ſupra.

Aſcenſio inueſtiganda erit, vt ſupra per Epactam inter 7. Aprilis, & 5. Maij, incluſiuè numerando deorſum 24. dies, habita ratione, ſi cadat in fer. 5. vt transfertur, vt ſupra dictum eſt.

Pentecoſtes indaganda erit per Epactam inter 6. Maij, & 3. Iunij enumerando deorſum 4. dies.

Feſtum item Corporis Chriſti requirendum eſt ſimiliter per Epactam huiuſmodi inter 6. Maij, & 3. Iunij, enumerando deorſum dies 15. habita ratione, vt de alijs feſtis ſupra dictnm eſt.

Verum quia in Cyclo Epactarum adnorata reperitur Epacta vigeſima quinta duabus diuerſis notis nimirum hac 25. & antiqua xxv. & vbi currit litera C, cum hac 25. Paſcha celebratur die 18. Aprilis, cum hac autem xxv. celebratur die 25. Aprilis. Vt omnis hæſitatio tollatur, quando Epactarū huiuſmodi vna, quandouè altera ſit vtendum, aduertendum eſt, quod quandocunque Epacta vigeſima quinta currit cum Aur. num. minori 12. excluſiuè, ſeruit Epacta xxv. quando autem currit cum maiori 12. incluſiuè ſeruit altera Epacta 25. Quod eſt bene notandum ne anticipetur, vel poſttrahatur Paſchatis ſolemnitas, & ne caſu Epacta 25. appoſita exiſtimetur.

Diei etiam vltimæ Decembris, appoſita eſt Epact. 19. ſed non eſt in vſu, niſi concurrat cum Aur. num. 19.

2 Porrò, vt facilè cuiuslibet menſis Luna reperiri poſsit, dico quòd Luna Ianuarij ea perpetuò erit, quæ renouatur inter diem 8. Ianuarij, & 5. Februarij incluſiuè: Luna Martij erit, quæ rennouatur inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis incluſiuè: Luna Aprilis erit, quæ renouatur inter 6. Aprilis, & 5. Maij incluſiuè: Luna taadem Maij renouatur inter 6. Maij, & 3. Iunij incluſiuè.

De reliquis menſium Lunis nihil dico, quia nulla feſta mobilia in ipſis contingunt.

DVBIVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

Beneficiati, qui Fidei profeſsionem non emiſerunt in manibus Epiſcopi, ſeu coram illius Vicario, & ſi ſint Canonici, vel dignitates nō emiſerunt etiam in Capitulo, non faciunt fructus ſuorum beneficiorum,

rum, nec poſſeſſio illis ſuffragatur: An idem ſit dicendum ſi illam nō praſtiterint in Synodo, oſtenditur.

1 SAcroſanctum Conc. Trid. inter cætera, quæ ſtatuit de promouendis ad Cathedrales, & Superiores Eccleſias *ſeſſ. 6. & ſeſſ. 7. vtrobique de ref. c. 1.* illud etiā expreſsè ſigillatimq; præſcripſit *ſeſſ. 24. de ref. c. 1. §. quoniam*, vt cum examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda *iuxta d. c. 1.* perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio, & profeſsione fidei ab eo facta, quàm primum ad S. R. Pont. omnino transmittatur quocirca ea videtur Conc. ibi requirere, vt tales promouendi teneantur Fidei profeſ-
2 ſionem prius emittere, † quod planè enodatur per Conſtitutionem fel. rec. Pij IV. quæ incipit *Iniunctum* verſ. *eum itaque*, quam idem Pius ampliat etiam ad quoſcunq; de Monaſterijs, Conuentibus, domibus, & alijs quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum, quocunq; nomine, vel titulo prouidendis, ſub pœnis per Conc. ipſum in contrauenientes latis, enunciando Sacrū ipſum Conc. decreuiſſe, vt omnes, quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſijs præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuſcunque beneficijs Eccleſiaſticis, curā animarum habentibus prouideri continget; publicum Orthodoxæ Fidei profeſsionem facere, ſeque in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & iurare teneantur.

3 Eadem *ſeſſ. 24. de reform. c. 12. verſ. prouiſi* ſtatuit Conc. præfatum, vt Prouiſi de beneficijs quibuſcunque curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ poſſeſsionis, ad minus intra duos menſes in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedto, coram generali eius Vicario, ſeu officiali Orthodoxæ ſuæ Fidei publicam facere profeſsionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros
4 ſpondeant, ac iurent: † Prouiſi item de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioquin prouiſi omnes vt ſupra, non faciant fructus ſuos, nec illis poſſeſsio ſuffragetur.

5 Inſuper in iſta Prouincia Mediolanenſi extat Conc. 1. *tit. de profeſſ. Fid.* per quod cautum eſt, vt ij omnes, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, vel in poſterum obtinebūt, & qui in Synodum diœceſanam conuenire debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, omnia & ſingula à Sancto Conc. Trid. definita, & ſtatuta palam recipiant: veram obedientiā Summo Pont. ſpondeant: ſimulq; hæreſes publicè deteſtētur, & anathematizent; & fidem profitentes eiſdem verbis formulæ à S. D. Pio IV. Pont. Max. præſcriptis, etiam ſi antea id officium, ad exequenda iuſſa Trid. Conc. quacunq;
6 ratione, & modo obierint. † Hinc occurrit hoc 39. loco dubitari

circa

circa actum 17. Synodalem, in quo agitur de Fidei profeſſione; an Beneficiati, qui profeſſionem Fidei non emiſerunt in Synodo faciant fructus ſuorum beneficiorũ? Vt igitur breuibus hoc dubium enodemus conſtituo Beneficiatos
7 in quadruplici ſtatu: † In primo conſtituo obtinentes Dignitates, vel Canonicatus in Cathedralibus, & iſti niſi fecerint profeſſionem Fidei in manibus Epiſcopi, vel illius Vicarij Generalis, ad minus intrà duos menſes à die adeptæ poſſeſsionis, nec non, & in Capitulo, non facient fructus ſuos.

8 In ſecũdo ſtatu pono reliquos obtinentes Dignitates, quibus tamẽ eſt iuncta animarum cura, vel etiã Rectores, ſiuè alio nomine nuncupatos Parochos, ſiue Curatos, ſeu perpetuos Vicarios, quibus pariter incumbit onus curæ animarũ, & iſti, ſiue ſint in Collegiatis, ſiue in ſimplicibus Parochialibus Eccleſijs, niſi huiuſmodi Fidei profeſſionem ſimiliter emiſerint in manibus Epiſcopi, vel eius Vicarij intra tempus, vt ſupra (non tamen tenentur eam præſtare in Capitulo)
9 amittũt & ipſi fructus: † *Cõc. Trid. d. cap.* 12. verſ. *prouiſi.*

An autem poſsit præſtari in manibus Vicarij ſine ſcrupulo quando Epiſcopus non eſſet impeditus, ſtante quod Conc. Trid. dicit quod præſtetur in manibus Epiſcopi, vel, eo impedito, coràm Vicario Generali; videtur quod poſsit tutò præſtari coram Vicario iuxta reſolutionem, quam affert Gartia *de benef. p. 9. c. 2. num.* 119. quem ſequitur & refert D. Barboſa *al-leg. 60. num. 41. de poteſt. Epiſcopi,* & ego dixi *in praxi hab. concur. req. 3. dub. 3.* etenim Sac. Cõc. Trid. *in d. c. 12.* iiſdem verbis loquitur, vt in *c. 18. ſeſſ. ead.* vbi agit de examine in concurſu; & nihilominus reſolutum fuit poſſe examen fieri coram Vicario, etiamſi Epiſcopus non eſſet impeditus, quia dicta verba poſita ſunt duntaxat ad demonſtrandum conuenire, vt, ceſsãte impedimento, fieret coram Epiſcopo; hoc tamen reijcio deciſioni, & ſubijcio cenſuræ Sac. Congregationis Conc. cuius eſt hoc declarare.

10 In tertiò ſtatu colloco obtinẽtes Dignitates, vel Canonicatus in Eccleſijs Collegiatis ſine aliquo onere curæ animarum, & iſti non tenentur eiuſmodi profeſsionem facere, neque in manibus Epiſcopi, ſiue illius Vicarij, minuſq. in aliquo Capitulo *Gartia de benef. par. 3. c. 3. nu. 13. Riccil. de iure perſonar. lib. 1. c. 13. n. 56.* Barboſ. *p. 3. alleg. 61. num. 15. de poteſt. Epiſc.*

11 In quarto ſtatu refero Beneficiatos ſimplices citrà curam animarum, & iſti etiam nullatenus tenentur profiteri Fidem, vt dictum eſt de Canonicis, & Dignitatibus Collegiatarum.

12 Porrò ſupranarrati omnes, cuiuſcunque ſtatus ſint, tenentur in prima Synodo Prouinciali, vel Diœceſana, quæ primo quoque tempore celebrabitur poſtquam obtinuerint beneficia, & in qua ipſi interuenire debuerint, & re ipſa interfuerint, palàm recipere ea omnia & ſingula, quæ à Sac. Concil. Trid. definita, & ſtatuta ſunt, nec-

Digitized by Google

non veram obedientiam Summo
Romano Pontif. ſpondere, & pro-
fiteri, ſimulq; hæreſes à Sac. Can.
& Concil. Generalibus, & præſer-
tim ab ipſo Trid. Conc. damnatas,
& anathematizatas, publicè dete-
13 ſtari, & anathematizare; † Inferio-
res quidem in manibus Epiſcopi,
14 ſiue Præſidẽtis ipſius Synodi † Epi-
ſcopus autem in Concilio Prouin-
ciali in manibus Metropolitani,
& in ſua Diœceſana Synodo in
nullius manibus, prout neque Me-
tropolitanus illam præſtat in ali-
15 cuius manibus: † Neque omittẽ-
tes iuramentum eiuſmodi præſta-
re videtur priuari fructibus, quippe
quæ pœna ammiſsionis fructuũ
irrogatur duntaxat *in d.c.12. de*
ref. ſeſſ. 24. quod planè diſponit
ſimpliciter, vt præſtetur in mani-
bus Epiſcopi, & in Capitulo reſpe-
ctiuè per eos, quos poſui in pri-
16 mo, & ſecundo ſtatu, vt ſupra: † At
d. c.2. de ref. ſeſſ. 25. vbi ſtatuitur,
vt præſtetur in Synodo, non irro-
gat talem pœnam, ſed generaliter
vult quod puniantur iuxta formã
17 Sac. Can. † & ideo, cum ſit pœna-
le, non videtur extendendum, *cap.*
odia de reg. iur. in 6.
18 Non obſtat Conſtit. Pij IV. quæ
vult contrauenientes puniri in
pœnis à Conc. Trid. illatis, quia
reſpondetur quod illa conſtitutio
ſe refert ad *d.c.12. ſeſſ.* 24. ita an-
nuitur in margine tã in ipſo Cõc.
ad *d.c.12.* quàm ad dictã Conſtit.
poſitam in fine libri eiuſdem
Conc.
19 Minus etiam afficit Conc. Me-
diolanenſe primum, nam reſpon-
detur quod eſt Prouinciale, & ideo
non poteſt porrigere vires ſuas
extra ipſam Prouinciam. *per l.fi.*
ff. de iuriſd.om. iudic. l. ex ea. ff.
de poſtulan.
20 Quapropter tẽpus à Sac. Conc.
Trid. non præfixum non cenſebitur
præfixum extra ipſam Mediol. Pro-
uinc. quia Conc. Trid. non arctat
illud iuramentum præſtari, niſi in-
tra duos menſes, licet Prouinc.
Conc. iam dictum reſtrinxerit in-
trà menſem.

DVBIVM XL.

ARGVMENTVM.

Fidei profeſſio quod poſſit præſtari per Procuratorem accuratè oſtenditur.

VIdimus in ſuperiori dubio,
qui Beneficiati, quando, &
in cuius manibus teneantur facere
Fidei profeſsionem; & an faciant
fructus ſuorum beneficiorũ, quan-
do illam in Synodo non emiſerunt:
Modò ſuccurrit dubium non con-
1 temnendum: † Vtrum huiuſmodi
profeſsio Fidei poſsit fieri per Pro-
curatorem. Negatiuam reſolutio-
nem huius dubij acerrimè tuetur
R.P. Sigiſmundus à Bononia, in
ſæculo Iacobus de Federicis nomi-
natus, in moderno ſuo tractatu *de*
electione dub. 26. vbi penè digla-
diari velle videtur cum D. Auguſti-
no Barboſa, qui aſſeruerit *in do-*
ctiſſimo ſuo tract. de off. & poteſt.
Epiſc. alleg. 61. num. 20. ſi rigo-
rem iuris ſpectemus, contrariam
opinionem, videlicet quod per Pro-
curatorem præfata profeſsio præ-

Digitized by Google

ſtari poſſit recipiendam eſſe, cum regulariter, quicunque poteſt aliquid facere per ſemetipſum, poteſt illud facere per Procuratorem, niſi Lex, vel Canon aliter conſtituat, *l.1.ff. de procurat c. qui per alium, & c. poteſt quis de reg. iur. in 6.* quæ planè ſunt verba formalia ipſius D. Barboſæ, ad quam opinionem allegat Nauar. *conſ.* 11. *nu.* 2. *de iureiur. aliàs* 4. *nu.* 2. *de ſum. Trinit.* Petr. Ledeſmam *in Summa p.2. tract.1. c.4. poſt concluſ.10. diff.6.* Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib.7. c.2. q.6.* Prax. Epiſcop. *par.2.* verbo *Fidei profeſſio* Sãch. *in præcep. Decalogi, lib.2. c.5. num.7.* & Reuerẽdiſs. Hier. à Cãpanili *in diuerſor. Iur. Can. Rubr.8. c.3. n.19.* qui vno ore in puncto profeſsionis Fidei affirmatiuam tenent; quæ ſanè affirmatiua cum potioribus initatur fundamentis, & etiam æquitati magis faueat, mihi etiam magis placet. Nollem tamen, & mihi
1 indignatũ ire R. Sigiſmũdũ, † quippe quod licitũ eſt vnicuiq; abſque reprehenſione, in varietate opinionum Doctorum, eam ſibi deligere, & ſequi, quæ magis ſibi placuerit, & eo maximè ſi eam deligat, quæ potioribus nititur fundamentis, & æquior eſt.

Porrò quod verior, & proinde ſequẽda ſit iſta affirmatiua, præter allegata, & deducta per D. Barboſam, alia etiam huc lubet afferre fundamenta.

Et primò hoc apertè probatur *ex tex. cap. optatum 4. in fine 100. diſt.* ibi, *nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miſeris*, vbi eleganter Præpoſ.

2 Secundò quia Fidei profeſsio nihil aliud eſt quàm ſolemne iuramentum, quod tamen conſtat poſſe præſtari etiam per Procuratorẽ *ex c. tibi Domino 63. diſt. & cap. metuentes*, vbi glo. verb. *de præſenti 17. q.4.* Bart. *in l. qui bona §. ſi aliena num. 15.* verſ. *frater ff. de dam. infect.*

3 Tertiò quia iuramentum fidelitatis poteſt præſtari à Procuratore ſi dominus feudi conſentiat, vt ſatis colligitur *ex tex. in c.1. §. verum, de ſtat. regul. lib. 6.* & tenet Bald. *in l. 10. §. ne autem nu. 20. C. de caduc. tollen.* Alex. *in l. qui bona, §. ſi aliena, nnm. 25. ff. de dam. infect. & conſ. 8. nu. 10. lib. 5.* Roman. *ſingul.* 807. incip. *habuiſtis*, Afflict. *in vſibus feud. in §. ſed vtrum* ſub rubr. *per quos fiat*
4 *inueſtitura.* † adeò quod Butr. *in c.3. nu.9. dc iuram. calum.* reſcribat ſingularia verba, quibus vti
5 debet procurator iuraturus. † Cui planè fundamento non ſatisfacit R. P. Sigiſmundus *d. dub.26. n.10.* verſ. *ſed dices*, dum ait; ideo dominium feudi poſſe renunciare iuramẽto fidelitatis à vaſſallo ſibi præſtando, quia quilibet poteſt renunciare fauori proprio; at verò minimè poſſe Epiſcopum, ſeu eius Vicarium circa iuramentum profeſsionis Fidei, quia non eſt ius ipſius Eppiſcopi priuatum, ſed publicum Eccleſiæ (gratis ſanè dictum) non enim agimus de renunciando iuramento profeſsionis Fidei, vt euincit ratio illius R. Pa-
6 tris: † quia hoc nemo ignorat Epiſcopum efficere minimè poſſe, non quidem ex eo, quia verſetur ius

publicum Eccleſiæ, vt ipſe perpe-
ram exiſtimat, ſed quia Cōciliaris
Conſtitutio eſt id ipſum ſtatuens
quam Epiſcopus tollere, vel ſuper
ea diſpenſare non poteſt *textus*
in clem. ne Romani de elect. Gra-
tian. *diſcept. forenſ.c.*397. *nu.*33.
Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.*2.
*diſſ.*11.*num.*145.& alij citati poſt
Barboſ.*de poteſt.Epiſ.p.*2.*alleg.*31.
*n.*25.& dicam inferius *in dub.*52.
7 *& expreſsè nu.* 7. † quamuis liçi-
tum ſit eā iuuare etiam per adie-
ctionem pęnæ *glo. in d.clem. ne*
Romani, verbo *tolli*, *de elect.*

Verum enim vero agimus de perſo-
nalitate, quæ debet interuenire in
præſtando iuramento profeſsionis
Fidei, cum autem nihil in Concil.
Trid. & Bulla Pij IV. *citatis locis*,
diſpoſitum fuerit circa illam, an
debeat neceſſariò interuenire, re-
linquendum proinde eſt diſpoſitio-
ni iuris cōmunis, *l. commodiſſimè*
10. *de liber. & poſth.* tritiſsimiſq;
regulis inferius in 6. fundato ad-
ducendis.

8 Quamobrem in medium affero
Specul.*tit.de procurat.§.* 1. *in fin.*
vbi pro regula docuit omnia poſſe
per Procuratorem explicari, quæ
in ſpecie prohibita nō fuerunt, re-
fert,& ſequitur Franc. Molin.*de*
*de ritu nupt.lib.*1.*concl.* 25.*nu.*4.
in fin.

9 Quartò quia profeſsio Religioſi
continet profeſsionem factā Deo,
per quam moritur mundo, & obli-
gationem reciprocā ipſius ad Mo-
naſterium, ac Monaſterij ad ipſū,
Sanch. *in decalag. lib.* 5. *cap.* 3.
10 *num.* 5. † ac proinde ab illo de-
clarante animum ſuum corde, &
verbo emittenda eſt in ſcriptis *cap.*
vlt. vbi glo. verb. *ſcriptis* 20. *q.* 1.
11 Sanch. *poſt multos d.c.*3.*n.*5. † &
nihilominus poſſe huiuſmodi Pro-
feſsionem fieri per Procuratorem
tradunt Abb. *in c. accedens, nu.*7.
de præb. Syluest. *verb. Religio* 3.
*quæſt.*15. Cuch. *inſtit. mai. lib.*3.
tit. 1. *num.*76. Azor. *inſtit. moral.*
*p.*1.*lib.* 12.*c.*5.*q.* 5. Rodrig. *quæſt.*
*Regul.tom.*3.*quæſt.*17.*art.*13. Bar-
tol. à S. Fauſto *in theſaur. Reli-*
*gioſor.lib.*5.*q.*217. cū alijs quam-
pluribus relatis per Sanch. *d. c.* 3.
num. 7. quos etiam ſequitur, ergo
à fortiori poterit præſtari Fidei
profeſsio.

12 Quintò, quia Matrimonium li-
cet ſit Sacramentum, & de ſui na-
tura indiſſolubile, validè tamen
contrahi poteſt per Procuratorē,
quod probat *cap. vlt. de procurat.*
in 6. & obſeruant, ſtante noua di-
ſpoſitione Conc. Trid. *ſeſſ.*24. *de*
reform. matr. c. 1. plures DD. *apud*
Gened. p. 3. *collect.* 3. *nu.* 1. quibus
additur Sanch. *de matrim. lib.* 2.
diſp. 11. *num.* 2. & 19. *cum ſeq.*
Rebell. *de obligat. Iuſt. p.* 2. *lib.* 2.
*quæſt.*5.*num.* 1. Molin. *d. tract. de*
13 *ritu nupt.lib.*1.*cōp.*25.*n.*5. † Imò
idem Molin. *d. loco nu.*5. præſcri-
bit verba proferenda per Procura-
torem in contrahendo huiuſmodi
Matrimonium, ſic dicens Sempro-
nius *tecum Matrimonium cōtra-*
hit, vel te in vxorem accipit, me
illius Procuratore ad hoc con-
ſtituto, ex tex. in l. qui bona,
§. alieno, ff. de dam. infect. Abb. *in*
c. ex parte, il 2. *de conſtit.* Franc.
& Gemin. in cap. fin. de procur. &
Couar. *in epit. ad* 4. *p.* 2. *c.*4.*nu.*8.
qui

Digitized by Google

qui aſſerunt ſic melius dici, quàm hoc modo, *contraho tecum Matrimonium in nomine Sempronij*, & illud ſic per Procuratorem contractum, eſt Sacramentum conferens gratiam, Sanch. *d. diſp.* 11. *num.* 27. Rebell. *d. q.* 5. *num.* 3. Molin. *vbi ſupra nu.*61. ergo &c.

15 Nec huic fundamento ſatisfacit reſponſio P. Sigiſmundi à Bononia *d. dub.* 26. *num.* 10. *in princ.* quod ſcilicet non valet argumentum à iuramento ad Matrimoniũ, quod ſanè libenter concedo, ſed non ſtat in hoc vis huius fundamenti, ſed ex eo à fortiori ſic capitur argumentũ: Si Concilium videtur exigere præſentiam corporalẽ contrahentium, quoniam interrogare, & mutuum eorum conſenſum intelligere debet Parochus *d. cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de ref. matr.* ibi *vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicatur, &c.*

16 & tamen in negotio† tanti ponderis, & momenti communi Dd. calculo receptum eſt, vt matrim. contractum per Procuratorem corã Parocho, & duobus teſtibus iuxta formam d. Conc. Trid. ſit validum

17 quod † comprobat vſus etiam in actu practico deductus coram ipſomet Papa, prout fuit in celebratione Matrimonij Potentiſsimi Philippi Hiſpaniarum III. Regis, & Sereniſs. Margaritæ Auſtriacæ ſel. rec. contracti, coram Sanctæ mem. Clem. VIII. in Ciuitate Ferrariç de anno 1598. mediante perſona Sereniſs. Alberti Archiducis Auſtriæ ſpecialis Procuratoris prælibati Potentiſs. Regis Philippi: à fortiori dicendum eſt, poſſe iuramentum Fidei præſtari per Procuratorum, quippe quæ nullibi reperiuntur verba ita clara, quæ perſonalitatem ſignificent in profitente Fidẽ, ſicut in contrahente Matrimonium, vt vidimus.

18 Sextò, quia ea omnia, quæ per Procuratorem fieri non ſunt ſpecialiter interdicta, poſſunt fieri per alium *l.* 1. *§. vſus, ff. de Procurat. c. poteſt quis de reg. iur. in* 6. *cum*
19 *alijs præallegatis nu.*1. †At Fidei profeſsio nullibi excipitur ab ijs actibus, qui fieri poſſunt per Procuratorem *glo. in l. Pomponius, ff. de procur. & c. qui ad agendum tit. eod. lib.* 6. etenim Conc. Trid. minuſq; Piana Conſtitutio *citatis locis* vllatenus vtitur verbis ſignificantibus perſonalitatẽ, ergo, &c.

20 Septimò, & vltimò, quia hanc ipſam affirmatiuam amplexata eſt Sacra Rota Romana *in vna Vermien. Canonicatus*, 13. *Iunij* 1608. *coram Illuſtriſſimo D. Card. Sacrato*, per quam admittitur auctoritas Nauarr. *d. conſ.* 11. *de iureiur.* minus attenta additione ad idem, nullaque prorſus habita ratione quod in illa additione aſſeratur Sacram Congregationem declaraſſe, non poſſe Fidei profeſſionem emitti per Procuratorem, cuius particulam ad rem noſtram facientem libenter huc refero, & eſt in hæc verba.

Domini ſteterunt in alijs deciſionibus, quod D. Fabiano ſit dandum mandatum de manutenendo in vim poſſeſſionis per ipſum captæ videlicet de anno 1604. *mediante perſo-*

21 *perſona ſuorum Procuratorũ*, † *& ad illud quod replicabatur de non emiſſione profeſſionis Fidei iuxta diſpoſitionem* Conc. *Trid. placuit reſponſio aliàs data, quod non impediatur acquiſitio poſſeſſionis, ſed fructuum, & quatenus talis profeſsio Fidei eſſet neceſſaria, quod non videbatur ex prædictis, ſufficere profeſſionẽ emiſſam per Procuratorẽ* D. Fabiani *in ipſo actu*
22 *apprehenſionis*, † *non obſtante quod non appareat de ſpeciali mãdato ad emittendum profeſſionẽ*, †
23 *quia in mandato generali ad aliquem actum, veniunt omnia, quæ ad illius actus expeditionem ſunt neceſſaria etiam quod requireret, ſpeciale mandatum*, Bart. in l. 3. num. 2. ff. de iuriſd. om. iud. Fel. in cap. ſed eſt num. 3. de reſcrip. *& in ſimilibus fuit dictum* in Calaguritana de Trantiuilla coram
24 me † *quod profeſſio potuit emitti per Procuratorẽ, & in ſpecie annotauit* Nauarr. conſ. 4. de Summ. Trinitate, & Fide Catholica.

25 Hiſce addo auctoritates Nauarri *loco citato*, qui iſtam affirmatiuã extra dentes canit in hæc verba, *Secundò quod poterit iuramẽtum præfatum (videlicet profeſſionis Fidei, de eo enim ibi habetur ſermo) præſtari per Procuratorem, quia regulariter quicunq; poteſt aliquid facere per ſemetipſum poteſt illud facere, per Procuratorem*. Item addo Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 2. tract. 1. c. 4. poſt 10. concluſ. diffic. 6.* vbi dicit hanc eſſe veram ſententiam, & ſequen-
26 dam. † Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6.* vbi ſic ait. An beneficiarius dictam profeſſionem Fidei per Procuratorem facere queat, quando per ſemetipſum non
27 poteſt, & reſpondet poſſe; † nam *l. 1. ff. de procurat.* & c. poteſt quis *de reg. iur. in 6.* interpretationem recipit, vt qui iubetur aliquid præſtare, illud poſſit facere per Procuratorem niſi Lex, vel Canon aliter conſtituat Sanch. *in præcep. Decalogi, tom. 1. lib. 2. n. 7.* vbi expreſ-
28 ſè hanc ſequitur opinionẽ: † Item Reuerẽdiſſimũ D. Hieronymũ Epiſcopũ Laquedonẽſem *in diuerſor. iur. can. rubr. 8. c. 3. num. 19.* vbi poſtquam dicit hanc ſententiam eſſe abſque dubio veriſſimam, teſtatur etiam ſe ita vidiſſe obſeruari in Capitulo Neapolitano: tandem addo auctoritatem Reuerendiſſimi D. Antonij Ricciuli in Romana Curia verſatiſsimi integerrimiq; aduocati, quem S. D. N. Vrbanus VIII. ob egregias illius virtutes, & in vtroque iure ſummã peritiam ad Epiſcopalem dignitatem meritò euexit. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſten. lib. 1. c. 13. num. 21. cum ſeq.* vbi iſtam opinionem veriſsimam aſſerit, & probat.

29 Hinc vehementer valde demiratus ſum, cur d. R. P. Sigiſmundus à Bononia Capuccinus tam acriter, & irrationabiliter animaduertat in D. Auguſtinum Barboſam Doctorẽ tot nominibus à Noſtris, & Theologis commendatũ, propter varia eius ſcripta ędita, & ędenda, quæ illum in dies inſignem magis, magiſque commendant; & cur in virum eruditione ſingulari, & accerrimo iudicio ornatiſſimũ, tam

tam acerbis obiurgationibus inuehat: Non enim video quod D. Barboſa, vt d. R. P. Sigiſmundus ei gratis imponit, vllatenus Sacræ Congregationis, nec Rotæ auctoritatem paruipenderit, cum ait ſuam opinionem in rigore iuris eſſe tenendam, quamuis ſuperius dixerit negatiuam partem tueri Gratiã. *diſcept. forenſ. c. 166. num. 22.* & addit. *ad d. conſ. Nauar. 11. de iureiur.* atq; Vgol. *de poteſt. & off. Epiſc. c. 50. §. 16. n. 1.* referre Sacram Congregationem pro ea cẽſuiſſe, ac etiam Nic. Gartiam *de beneſ. p. 3. c. 3. num. 75.* atteſtari Rotam ſic negatiuè tenuiſſe; non inquam video ex illius verbis, quod quidquam manſuetudinis, & obſeruantiæ, quæ erga tribunalia ſuprema debentur, tramites exierit; quinimò ſemper obſeruaui D. Barboſam Sacræ Congreg. & Rotæ deciſiones tanti facere, vbi ſe ſe obtulit occaſio, vt voluerit ſuapte dicta illarum auctoritate fulcire, quando clarũ eſt quod ſint ipſorum Sac. Senatuum. Sed re vera non tenebatur credere addictionatori præfato, qui quiſnam ſit ignoratur, nec aliquam originalem, & authenticam refert declarationẽ Sacræ Congregationis, ac proinde ei minime credendum *ex late congeſtis per Coriol. de caſibus reſeru. par. 1. ſect. 1. art. 21. p. 5. verſ. verum,* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo abſolutio, differ. 1. num. 20. in princ.* & ſi qua etiam eſſe poſſit, factum fortaſſe potuerit eſſe diuerſum, vt potè quãdo quis poſſet commodè præſtare per ſe ipſum, qui non eſt caſus, D. Barboſ. *d. alleg. 61. n. 19.* & in omnẽ euẽtũ vt vidimus, opinio, quã amplexatus eſt D. Barboſa, eſt per Rotam recepta & eã ſequuntur DD. ſuperius relati, vltrà exemplũ Metropolitani Capituli Neapolitani, in quo tot inſignes, & eminentes viri florent, vt nihil iniuſtum, vel indecorum in eo fieri debere ſit præſumendum.

30 Porrò contra affirmatiuam noſtram ſententiam non obſtat quod vbi pręſentia pro forma requiri-
31 tur in aliquo actu, † tunc actus nõ poteſt expediri per Procuratorem, *l. obligari, §. tutor ſtatim, vbi Bart. ff. de auct. tut. §. tutor autem. Inſt. tit. eod.* quoniam vera proculdubio traditio eſt, vbi lex expreſſam præſentiam corporalem voluit pro forma, quòd autem Sac. Conc. vel Bulla Piana corporalẽ præſentiam in emittentibus profeſſionem Fidei pro forma exigat nullibi video, vt ſupra annui. Dato tamen, ſed non conceſſo, quod oſtenderentur verba aliqua ſignificantia perſonalitatem adhuc illa
32 contraria opinio non eſſet tuta; † etenim vbi lex præſentiam requirit alicuius in aliquo actu, poteſt nihilominus abſens impeditus cõſenſum per Procuratorem præſtare *ad trad. per Angel. in l. Pomponius in princ. ff. de procurat.* Tiraquel. *ad ll. connub. glo. 6. nu. 34.* & præter eas idẽ cenſuerunt Alexander *in l. 1. n. 6. ad fi. ff. de liber. & poſth.* Rip. *in l. 1. n. 38. de verb. oblig.* Pariſ. *conſ. 33. n. 29. & 31. lib. 2.* & ideo cautè D. Barboſa *d. alleg. 61. n. 19.* excitat vt dixi quęſtionem

21 *perſona ſuorum Procuratorũ,*† *& ad illud quod replicabatur de non emiſſione profeſſionis Fidei iuxta diſpoſitionem* Conc. Trid. *placuit reſponſio aliàs data, quod non impediatur acquiſitio poſſeſſionis, ſed fructuum, & quatenus talis profeſsio Fidei eſſet neceſſaria, quod non videbatur ex prædictis, ſufficere profeſſionẽ emiſſam per Procuratorẽ D. Fabiani in ipſo actu*
22 *apprehenſionis,* † *non obſtante quod non appareat de ſpeciali mãdato ad emittendum profeſſionẽ,*†
23 *quia in mandato generali ad aliquem actum, veniunt omnia, quæ ad illius actus expeditionem ſunt neceſſaria etiam quod requireret, ſpeciale mandatum*, Bart. in l. 3. num. 2. ff. de iuriſd. om. iud. Fel. in cap. ſed eſt num. 3. de reſcrip. *& in ſimilibus fuit dictum* in Calaguritana de Trantiuilla coram
24 me † *quod profeſſio potuit emitti per Procuratorẽ, & in ſpecie annotauit* Nauarr. conſ. 4. de Summ. Trinitate, & Fide Catholica.

25 Hiſce addo auctoritates Nauarri *loco citato*, qui iſtam affirmatiuã extra dentes canit in hæc verba, *Secundò quod poterit iuramẽtum præfatum (videlicet profeſſionis Fidei, de eo enim ibi habetur ſermo) præſtari per Procuratorem, quia regulariter quicunq; poteſt aliquid facere per ſemetipſum poteſt illud facere, per Procuratorem*. Item addo Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 2. tract. 1. c. 4. poſt 10. concluſ. diffic. 6.* vbi dicit hanc eſſe veram ſententiam, & ſequen-
26 dam. † Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6.* vbi ſic ait. An beneficiarius dictam profeſſionem Fidei per Procuratorem facere queat, quando per ſemetipſum non
27 poteſt, & reſpondet poſſe; † nam *l. 1. ff. de procurat.* & c. poteſt quis *de reg. iur. in 6.* interpretationem recipit, vt qui iubetur aliquid præſtare, illud poſſit facere per Procuratorem niſi Lex, vel Canon aliter conſtituat Sanch. *in præcep. Decalogi, tom. 1. lib. 2. n. 7.* vbi expreſ-
28 sè hanc ſequitur opinionẽ: † Item Reuerẽdiſſimũ D. Hieronymũ Epiſcopũ Laquedonẽſem *in diuerſor. iur. can. rubr. 8. c. 3. num. 19.* vbi poſtquam dicit hanc ſententiam eſſe abſque dubio veriſſimam, teſtatur etiam ſe ita vidiſſe obſeruari in Capitulo Neapolitano: tandem addo auctoritatem Reuerendiſſimi D. Antonij Ricciuli in Romana Curia verſatiſsimi integerrimiq; aduocati, quem S. D. N. Vrbanus VIII. ob egregias illius virtutes, & in vtroque iure ſummã peritiam ad Epiſcopalem dignitatem meritò euexit: *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſten. lib. 1. c. 13. num. 21. cum ſeq.* vbi iſtam opinionem veriſsimam aſſerit, & probat.

29 Hinc vehementer valde demiratus ſum, cur d. R. P. Sigiſmundus à Bononia Capuccinus tam acriter, & irrationabiliter animaduertat in D. Auguſtinum Barboſam Doctorẽ tot nominibus à Noſtris, & Theologis commendatũ, propter varia eius ſcripta ędita, & ędenda, quæ illum in dies inſignem magis, magiſque commendant; & cur in virum eruditione ſingulari, & accerrimo iudicio ornatiſſimũ,

tam

tam accerbis obiurgationibus inuehat: Non enim video quod D. Barboſa, vt d. R. P. Sigiſmundus ei gratis imponit, vllatenus Sacræ Congregationis, nec Rotæ auctoritatem paruipenderit, cum ait ſuam opinionem in rigore iuris eſſe tenendam, quamuis ſuperius dixerit negatiuam partem tueri Gratiã. *diſcept. forenſ. c.* 166. *num.* 22. & addit. *ad d. conſ. Nauar.* 11. *de iureiur.* atq; Vgol. *de poteſt. & off. Epiſc. c.* 50. *§.* 16. *n.* 1. referre Sacram Congregationem pro ea cẽſuiſſe, ac etiam Nic. Gartiam *de benef. p.* 3. *c.* 3. *num.* 75. atteſtari Rotam ſic negatiuè tenuiſſe; non inquam video ex illius verbis, quod quidquam manſuetudinis, & obſeruantiæ, quæ erga tribunalia ſuprema debentur, tramites exierit; quinimò ſemper obſeruaui D. Barboſam Sacræ Congreg. & Rotæ deciſiones tanti facere, vbi ſe ſe obtulit occaſio, vt voluerit ſuapte dicta illarum auctoritate fulcire, quando clarũ eſt quod ſint ipſorum Sac. Senatuum. Sed re vera non tenebatur credere addictionatori præfato, qui quiſnam ſit ignoratur, nec aliquam originalem, & authenticam refert declarationẽ Sacræ Congregationis, ac proinde ei minime credendum *ex late congeſtis per* Coriol. *de caſibus reſeru. par.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *p.* 5. *verſ. verum*, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo abſolutio, differ.* 1. *num.* 20. *in princ.* & ſi qua etiam eſſe poſſit, factum fortaſſe potuerit eſſe diuerſum, vt potè quãdo quis poſſet commodè præſtare per ſe ipſum, qui non eſt caſus, D. Barboſ. *d. alleg.* 61. *n.* 19. & in omnẽ euẽtũ vt vidimus, opinio, quã amplexatus eſt D. Barboſa, eſt per Rotam recepta & eã ſequuntur DD. ſuperius relati, vltra exemplũ Metropolitani Capituli Neapolitani, in quo tot inſignes, & eminentes viri florent, vt nihil iniuſtum, vel indecorum in eo fieri debere ſit præſumendum.

30 Porrò contra affirmatiuam noſtram ſententiam non obſtat quod vbi pręſentia pro forma requiri-
31 tur in aliquo actu, † tunc actus nõ poteſt expediri per Procuratorem, *l. obligari*, *§. tutor ſtatim*, *vbi Bart. ff. de auct. tut. §. tutor autem. Inſt. tit. eod.* quoniam vera proculdubio traditio eſt, vbi lex expreſſam præſentiam corporalem voluit pro forma, quòd autem Sac. Conc. vel Bulla Piana corporalẽ præſentiam in emittentibus profeſſionem Fidei pro forma exigat nullibi video, vt ſupra annui. Dato tamen, ſed non conceſſo, quod oſtenderentur verba aliqua ſignificantia perſonalitatem adhuc illa
32 contraria opinio non eſſet tuta; † etenim vbi lex præſentiam requirit alicuius in aliquo actu, poteſt nihilominus abſens impeditus cõſenſum per Procuratorem præſtare *ad trad. per Angel. in l. Pomponius in princ. ff. de procurat.* Tiraquel. *ad ll. connub. glo.* 6. *nu.* 34. & præter eas idẽ cenſuerunt Alexander *in l.* 1. *n.* 6. *ad ſi. ff. de liber. & poſth.* Rip. *in l.* 1. *n.* 38. *de verb. oblig.* Pariſ. *conſ.* 33. *n.* 29. & 31. *lib.* 2. & ideo cautè D. Barboſa *d. alleg.* 61. *n.* 19. excitat vt dixi quęſtionem

nem de eo beneficiario, qui Fidei profeſsionem per ſeipſum facere
33 non poteſt. † Sed re vera non deſideratur abſentia cum impedimẽto ad hoc vt Fidei profeſsio fieri poſsit per Procuratorem, ſi quidem Rota *in d. Vermien. Canonicatus* loquitur indiſtinctè, quod poteſt præſtari etiam per Procuratorem habentem generale mandatum ad capiendum poſſeſsionẽ, vt infra dicam.

34 Nec etiam obſtat, quod in emittenda huiuſmodi Fidei profeſsione requiritur, vt ſpecialiter intelligatur emittẽtis animus, & cõſẽſus, ſed quando ille ex legis diſpoſitione intelligendus eſt, tunc præſentia eſt de forma naturali contractus *Bal. in l. 1. col. 7. C. de fid. inſtrum. lib. 10.* quem videtur referre, & ſequi Iaſ. *in l. 1. num. 8. de verb. obligat.* ex doctrina Bart.
35 *ibid.* dicentis, † quod ideo ſtipulatio inter abſentes per Procuratorem contrahi non poteſt, quia contrahentes debeant ſe exaudire, & inuicem intelligere, id autem naturaliter fieri niſi inter præſentes poteſt, ergo &c. Reſpondetur enim quod illa minor non verificatur, quippe qui animus, & conſenſus emittentis poteſt declarari, & intelligi etiam per Procuratorem, ita vidimus in Matrimonio, & Profeſsione Religioſi: vel etiam dici poteſt, Iaſonem ſimilem ex Bart. non elicere traditionem; vt apud illum videre licet, & ſi id affirmaret, etiã dico loqui in terminis eiuſdem *l. 1.* in ſtipulatione ſcilicet, in qua pro forma ius Ciuile voluit interrogationem, & reſponſionem, & ſic verba ex parte vtriuſque, vt poſt cæteros obſer-
36 uat Ripa *ibid. num. 35. & 36.* † In profeſsione autem Fidei non requirũtur pro forma verba ex parte recipientis, ſed ſolum ex parte emittentis, & ſic longè diuerſa ſtipulationis, & profeſsionis ratio
37 eſt: † Quinimo & in ſtipulatione, quæ pro forma requirit verba ex parte vtriuſque: propter neceſſitatem, talis forma per æquipol-
38 lens adimpleri poteſt, † *d. l. 1.* vbi mutus, qui verba facere nequit, poteſt per ſeruum ſtipulari, hinc Ripa *in d. l. 1. num. 38.* elicie notabile, † quod forma propter ne-
39 ceſsitatem poteſt adimpleri per ęquipollens.

40 Quemadmodũ igitur illic, quãuis pro forma ſtipulationis interrogatio, & reſponſio vtriuſque requiratur, poteſt nihilominus propter neceſsitatem per æquipollens adimpleri, ſic etiam videtur quod liceret per Procuratorem emitti profeſsio Fidei propter neceſsitatem, etiamſi Concilium corporalẽ emittentis, & recipientis voluiſſet præſentiam, quod tamen ex illius Conc. verbis non colligitur.

41 Vlterius huic affirmatiuæ non refragatur fundamentum, cui inhæret R. Sigiſmundus, videlicet, quia inuenit notare *DD. in cap. Ego N. de iureiur.* iuramentum de quo ibi præſtandum eſſe corporaliter; etenim non aduertit quod illud præſtatur ab Epiſcopo dum conſecratur, vt tangit D. Barboſa *in collect. ad d. cap. Ego N. in princip.* id quod dici etiam poteſt de emiſsione poſſeſsionis Fidei,

quam

quam præſtat Sacerdos dum illi
42 cõfertur Ordo Presbyteratus,† cũ
itaque conſecratio, & Sacerdotiũ
capi nequeant per Procuratorem,
quod eſt principale, videtur etiam
quod huiuſmodi iuramentũ, quip-
pe quod præſtatur in eodemmet
actu conſecrationis, & ſuſceptio-
nis Ordinis, non debeat, nec poſſit
præſtari per Procuratorẽ, ea etiã
ratione, quia non diceretur im-
peditus.

43 Verumtamen iſta affirmatiua
ſic ab impugnationibus defenſa
primò declaratur, vt ad eam emit-
tendum requiratur ſpeciale man-
datum, *ad not. per Frãcum in c. 1.
§. verum, num. 2. de ſtat. regul.
44 lib. 6.* †; etenim in quolibet iura-
mento præſtando in animam prin-
cipalis, quale eſt hoc, de quo agi-
mus, requiritur ſpeciale manda-
tum *per cap. ſi. iuncta glo.* in verb.
iuramentum de iureiur. in 6. Ro-
ta *in Boianen. penſionis 17. Iu-
nÿ 1603. corã Illuſtriſsimo Card.
Millino, & in Toletana decima-
rum. 15. Maÿ 1608. coram fel. rec.
45 Greg. XV.* † Additur quod ea,
quæ iurantur in Fidei profeſſione
omnia conſiſtunt in animo, quæ
autem animo retinentur declarari
non poſsũt niſi à ſemetipſo, vel ab
habente ſpeciale mandatum *glo. in
l. 1. vbi Bart. ff. de liber. agnoſ.
Veral. deciſ. 188. nu. 2. par.* . Surd.
conſ. 281. num. 31.

46 Subdeclaratur, vt huiuſmodi
mandatum ſufficiat ſi datum ſit ad
capiendũ poſseſsionem beneficij,
ratione cuius ſit emittenda pro-
feſſio Fidei, etiam ſi ſpecificè non
diceret ad emittendum Fidei pro-
feſſionem *ex deciſ. præinſerta*.

47 Secundò declaratur, vt Benefi-
ciarius, qui dedit mandatum ad
emittendum Fidei profeſſionem,
quam tamen Procurator facere
neglexit, excuſetur ita vt non
incurrat pœnam amiſsionis fru-
ctuum beneficij, quia nulla ei aſ-
ſignari poteſt culpa, Azor. *par. 2.
lib. 7. cap. 1. q. 6. inſtit. moral.* San-
chez *in præcep. Decal. lib. 2. c. 5. in
fin. Reuerendiſſi. Ricciulus* lib. 1.
c. 13. num. 25. in citato tract. de
*iure perſon. extra grem. Eccleſ.
exiſten.*

48 Subdeclarandum videtur, vt ex-
cuſetur, ſi, quando dedit mandatũ,
erat legitimè impeditus; aliàs ſe-
cus, quia nullus debet ex affecta-
ta negligentia commodum debi-
tum diligentibus reportare.

Et hæc ſufficiant dictaq; ſint citra
alicuius iniuriam, ac ſalua cenſura
Superiorum.

DVBIVM XLI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt facere ſtatuta.

1 DVbitatur 41. *circa actum* 18.
in quo diximus Epiſcopum
debere legere ſtatuta, An inquam
Epiſcopus poſsit facere ſtatuta.
Reſp. Bott. de Synodo *p. 3. act.* 18.
num. 104. vbi recenſet quamplu-
rimos caſus, quod poteſt *cap. quod
2 ſuper his 9. de ma. & obed.* † quia,
inquit, facere ſtatuta eſt iuriſdi-
ctionis, & Epiſcopus habet iuriſdi-
ctionem, & merum imperium in
ſua diœceſi Bott. & *alÿ quos re-*

Digitized by Google

ſert vbi ſup. num. 105. *& ſeq.* vide Aluar. Pelagi. *de planctu Eccleſia, lib.* 2. *art.* 21. Berhard. *reg.* 338. Duen. *reg.* 245. Azor. *in inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. *q. vlt.* Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, par.* 3. *alleg.* 93. *num.* 23. *& in collect. ad d. c. quod ſuper his num.* 7. *de maiorit. & obed. Put. deciſ.* 353. *lib.* 1. *in correct. vbi allegatur Bart. & alij omnes in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure.*

D V B I V M XLII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt facere ſtatuta extra Synodum.

1 DVbitatur 42. An poſſit, Epiſcopus facere ſtatuta extrà
Synodum. Reſp. affirmatiuè *per ca.*
2 *nullus* 3. *q.* 4. † quia condere ſtatuta eſt voluntariæ iuriſdictionis
glo. in c. ex parte, el 3. *de verb.*
3 *ſign* † & ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt vbicunque exerceri *Doct. in c. nouit de off. legat. Bott. de Synodo act.* 18. *num.* 111.

D V B I V M XLIII.

ARGVMENTVM.

Cauſæ cognitio non requiritur in condendis ſtatutis, & poſſunt fieri extrà territorium.

1 DVbitatur 43. An in condendis ſtatutis præmittenda ſit
2 cauſæ cognitio. Reſp. negatiuè, † &
poteſt Epiſcopus ſtatuta facere extra territorium, & in die feriata *Lap. in cap.* 2. *de conſtit. in* 6. Francus in reg. quod omnes *de reg.*
3 *iur. in* 6. † nec etiam requiritur citatio *Bald. in cap. cum omnes de conſtit.*

D V B I V M XLIV.

ARGVMENTVM.

Electus, & confirmatus poteſt condere ſtatuta.

1 DVbitatur 44. An electus, & confirmatus poſſit condere ſtatuta. Reſp. affirmatiuè, per ea, quę notantur *in cap. tranſmiſſam.*
2 *de electio in* 6. † vbi notatur quod electus, & confirmatus poteſt ante conſecrationem ea, quæ ſunt iuriſdictionis, prout vidimus ſupra in hoc tract. *cap.* 2. *dub.* 1. & confirmatur *ex Bott. par.* 3. *num.* 11 47 *tract. eodem* faciunt, quæ tradit Bart. Bellencinus, *de ſubſid. carit. quæſt.* 66.

D V B I V M XLV.

ARGVMENTVM.

Coadiutor cũ futura ſucceſſione nõ poteſt condere ſtatuta, quia nequè poteſt Pontificaliter ingredi Ciuitatem, cum non habeat niſi ius ad rem, & non debet cognoſci tanquam Superior.

1 DVbitatur 45. An Coadiutor cum futura ſucceſſione poſſit condere ſtatuta. Videtur quod non,

non, *arg. eorum* quæ Sacra Rit.
Congreg. reſpondit Illuſtriſs. Card.
Paleoto die Iouis 31. Ianuarij 1591.
quę habetur in praxi Piaſecij *in*
proem. de elect. & poteſt. electi in
hæc verba *Coadiutorem cũ futura*
ſucceſſione non licere ingredi Ci-
uitatem Pontificaliter, quia non
2 *habet niſi ius ad rem,* † *& non*
debet cognoſci tanquam Superior,
3 *& Caput;* † *nec debet uti cruce*
in diuinis, & in functionibus
Pontificijs, nec quando incedit
4 *per urbem,* † *quia Coadiutor ca-*
ret Dignitate, & iuriſdictione:
5 *Poteſt tamen abſente Epiſcopo uti*
cappa, quia ea eſt tantum argumẽ-
6 *tum:* † *Præſente verò Epiſcopo uti*
debet Mantelletto, & Rochetto:
7 *Nũquam tamen ei licet uti Mo-*
zeta, & Rochetto, etiam abſente
Epiſcopo, quia per huiuſmodi in-
dumenta deſignatur Dignitas, &
8 *iuriſdictio.* † *Nec debent Canoni-*
ci accedere ad circulos, quia Cir-
culi denotant unionem membro-
9 *rum ad caput,* † *Nec poteſt bene-*
dicere populo per Ciuitatem niſi
de licentia Epiſcopi, minuſq; lar-
giri poteſt Indulgentias, ſed ſi con-
cedantur nomine Epiſcopi publi-
cabuntur; hæc deſumpſi ſumma-
tim in ſubſtantia, ibi verò per ex-
tenſum habetur tota ipſa reſpõſio.

DVBIVM XLVI.

ARGVMENTVM.

In ſtatutis condendis non requiri-
tur neceſſariò ſcriptura.

1 DVbitatur 46. An in condendis ſtatutis requiratur ſcri-
ptura Botr. *de Synodo, p. 3. n. 117.*
dicit quod non, *ex Io. And. in reg.*
nemo poteſt in Mercurial. de reg.
iur. in 6. & in addit. *ad ſpecul. de*
2 *legat. & in c. 2. de maio. & obed.* Sed †
Henr. Boich. *in cap. à nobis el 1.*
de ſent. excom. dicit quod licet ra-
tione formæ non requiratur ſcri-
ptura; requiritur tamen ratione
obſeruantię. † Dies tamen ut ap-
ponatur non eſt de eſſentia ſtatuti.
Bot. ubi ſup. num. 120. in fi.

DVBIVM XLVII.

ARGVMENTVM.

Vicarius Epiſcopi non poteſt conde-
re ſtatuta, quæ ſint perpetua.

1 DVbitatur 47. An Vicarius
poſſit condere ſtatuta; vel
alias, an poteſtas condendi ſtatuta
poſſit delegari; Bot. *de Synodo p. 3.*
ampliat. 6. num. 121. dicit quod
non poteſt Vicarius condere ſta-
tuta, ſaltem ut ſint perpetua, quia
tantum valerent in cauſis coram
ſe vertentibus; & cũ illius morte,
vel remotione expirarent per ea,
quæ not. Bart. *in l. omnes populi*
q. 1. in prin. de iuſt. & iur. & Bott.
2 *ubi ſup. num. 123.* † nam requiri-
tur, ut huiuſmodi poteſtas ſibi ex-
preſsè, delegetur; quippe quæ põ-
teſt delegari *Bot. d. num. 121.*

DVBIVM XLVIII.

ARGVMENTVM.

Capitulum ſede vacante poteſt con-
dere ſtatuta.

1 DVbitatur 48. poſtquam dixi-
mus ſupra *cap.* 2. *dub.* 4. poſ-
ſe Capitulum Sede Epiſcopali va-
cante, ſeu potius Vicarium ab eo
conſtitutum iuxta diſpoſitionem
Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 16. con-
gregare Synodum, dubitatur inquã
an ipſum capitulum, vel Vicarius
2 poſſit condere ſtatuta. † Henri-
cus Botcus *in tract. de Synodo p.* 3.
ampliat. 7. *num.* 124. tenet abſo-
lutè quod poteſt, etiãſi eſſent con-
traria ſtatutis Epiſcopi, & illa ipſa
3 tollerent, † nam, inquit, Capitulũ
ſuccedit Epiſcopum in iuriſdictio-
ne, & reuocare ſtatuta eſt actus
iuriſdictionis; omnis enim res, per
quas cauſas naſcitur, per eaſdem
4 diſſoluitur *de reg. iur. in antiq.* † &
huiuſmodi ſtatuta Capituli ſed.
Epiſc. vac. ſunt perpetua, ita vt
durent etiam tempore futuri Epi-
ſcopi.

5 Hoc tamen intelligendum eſt,
vt valeant ſi fuerunt facta cum ali-
qua neceſſitate, & in ijs, in quibus
capitulũ ſuccedit Epiſcopo, aliàs
ſecus, *latè Bot. vbi ſup. num.* 125.
vnde nequibit ſtatuere in feudis,
& alijs caſibus notatis *in c. cum*
6 *olim, & in cap.* 1. *de ma. & obed.* †
nec contra Epiſcopum in ijs, quæ
iure ſpeciali ligabatur Capitulum
erga ipſum Epiſcopum, aut alias
in præiudicium futuri Epiſcopi, vel
eſſet ſuper diminutione Subſidij
charitatiui, & huiuſmodi. *Botteus*
vbi ſup. num. 127. *& ſeq.* circa
cætera tamen, quæ ad ſtatum Ec-
cleſiæ pertineant, quæque durare
debeant etiam tempore Epiſco-
porum ſuccedentium, poterit Ca-
pitulum Sede vacante ſtatuere, vt
poſt alios late tradunt Felin. *in*
in cap. cum omnes, num. 10. *de*
conſtit. Pauin. *de poteſtate Capitu-*
li Sede vacante. par. 1. *q.* 6. Monet.
de diſtrib. quotid. par. 2. *q.* 15. *n.* 24.
& me citato D. Auguſt. Barboſ. *in*
addit. ad c. cum conſuetudinis g.
de conſuetud.

DVBIVM XLIX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius diuinum, ſed poteſt illud co-adiuuare, & nouam pœnam addere.

1 DVbitatur 49. An poſſit Epi-
ſcopus ſtatuere contra ius
diuinum Bot. *de Synodo, par.* 3.
act. 1. *concl.* 1. *num.* 1. dicit quod
non poteſt *per cap. qui contra* 8.
diſt. verumtamen eſt quod poteſt
illud adiuuare, & nouam pœnam
addere in his quæ ſunt in iure di-
uino prohibita, *per cap. à nobis*
el 1. *de ſent. excom. glo. in clem.*
2 *ne Romani* verb. *tolli de elect.* † &
tunc quoad pœnam additam dici-
tur ius poſitiuum per iura, & do-
ctrinas allatas per Bott. *vbi ſup.*
num. 3. quod etiam firmatur de
iure naturali.

DVBIVM L.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra concilia generalia, nec etiam diſpenſare ſine iuſta cauſa.

Dubita-

Digitized by Google

1 DVbitatur 50. An poſsit Epi-
ſcopus ſtatuere contra Con-
cilia generalia Bot. *de Synodo p.* 3.
art. 1. *concl.* 2. *num.* 4. *& concl.* 8.
limi. 1. *num.* 49. dicit quod non
poteſt, ad tradita *per Hoſt. in c. fi.*
2 *de off. Archipresb.* † nec etiam
poteſt diſpenſare contra huiuſmo-
di Concilia generalia, iuſta cauſa
3 non ſubſiſtente, † Vnde non poterit
diſpenſare, vt minor 25. annis poſ-
ſit fieri ſacerdos, vel aſſumi ad Cu-
ram animarum contra *cap. Cum*
in cunctis, §. *inferiora*, *de*
4 *elect.* † vel quod aliquis poſsit ob-
tinere, & retinere duo beneficia
incompatibilia *contra cap. de mul-*
ta de præb. quia ſunt Conciliaria.

DVBIVM LI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus nō poteſt ſtatuere in præ-
iudicium Superiorū niſi expreſ-
sè conſentirent illi, de quorum
præiudicio agitur.

1 DVbitatur 51. An poſsit Epi-
ſcopus ſtatuere in præiudi-
cium Superiorum, vel Inferiorū,
Henricus Boich. *in cap. à nobis*
el. 1. *nu.* 11. *de ſent. excom.* & poſt
eum latè Bot. de Synodo *p.* 3. *act.* 1.
concl. 4. *&* 5. *num.* 13. *&* 19. dicit
2 quod non poteſt ſtatuere in præ-
iudicium Superiorum *per c. quod*
translationem de off. legati, vbi ad
id cumulat plura iura, & doct. per
quæ aſtruitur inferiores à princi-
pe non poſſe ſtatuere ſuper ijs, quę
ſunt reſeruata Principi, quæ ſanè
habentur *in d. cap. quod transla-*
3 *tionem de off. lega.* † nec valet
conſuetudo contra ea, quæ ſunt re-
ſeruata ex priuilegio Principis
glo. 2. *in cap. pen. de fil. presb.* Card.
Alexandrin. in ſumm. 11. diſt. & eſt
tex. *in cap. in principio de Cler.*
agrot. in 6.
4 Idem concludunt *Boich. nu.* 12.
& Bot. vbi ſup. de ſtatuto facto
in præiudicium inferiorū, vt pro-
batur *in cap. veſtra de loca.* vbi
probatur non valere ſtatutum
Epiſcopi, per quod prohibet loca-
tionem decimarum, fieri in tota
diœceſi, quia eſt irrationabile, &
5 contra libertatem Eccleſiæ, † & in
tantum habet locum hæc conclu-
ſio, vt non valeat huiuſmodi ſtatu-
tum, quamuis ſuper eo interueniſ-
ſet conſenſus Capituli Cathedra-
lis *ex Imol. in d. cap. veſtra de lo-*
ca. vbi dicit Epiſcopum non poſſe
ſtatuere in præiudicium Eccleſiæ
vacantis.
6 Hoc tamen declarandum eſt vt
habeat locū, niſi expreſsè conſen-
tirent illi, de quorum præiudicio
ageretur, vel eſſent præſentes *Inn.*
in d. cap. veſtra de loca. quem ſe-
quūtur *Fel. in c.* 1. *de ma. & obed.*
& Feder. de Sen. & Abb. per ipſum
7 *citati*, † quę præſentium tacitur-
nitas æquiparatur conſenſui *Inn.*
vbi ſupra.
8 Sed hoc vltimum, nempe vt ta-
citurnitas conſenſum operetur, lo-
cum non habet: Primò vbi requi-
ritur conſenſus expreſſus *Archid.*
9 *in cap. Sacerdotes* 16. *q.* 3. † Secun-
dò, quando nulla prorſus datur de-
liberatio, tunc enim taciturnitas
non habetur pro conſenſu, vel re-
ſponſione *Inn. in cap. cum in*
cunctis

10 *cunctis* in princ. *de elect.* † Tertiò taciturnitas non operatur conſenſum, quando præſentes tacerent propter timorem *Archid. cum alijs ſcribentibus in cap. de eo 50. diſt.*
11 vbi ait, quod ſi Epiſcopus contulit præbendam in præiudicium Canonicorum, ipſis, dum confertur, præſentibus, poſſunt eo mortuo agere contra inſtitutum, nec nocet taciturnitas, quia de facili, viuente Epiſcopo, contradicere non potuerunt.
12 Declaratur etiā concluſio principalis, vt afficiat ſubditos, quando Epiſcopus ſtatuit circa concernentia exercitium Epiſcopalis iuriſdictionis *ex cap. 1. de ma. & obed.* vel aliàs concerneret vtilitatem publicam *Cald. in conſ. 22. de conſtit.*

D V B I V M L I I.

A R G V M E N T V M.

Statutum quando dicatur irrationabile.

1 Diximus in antecedenti dubio nō valere ſtatutum prohibēs locationem decimarum quippe quod irrationabile eſt, ſed occurrit 52. dubitare quandonam dicatur ſtatutum eſſe irrationabile. Dicamus breuiter quod ſtatutum debet habere omnes conditiones, & omnes qualitates, quæ requiruntur in lege *Henric. Boich. in cap. à nobis el 1. nu. 13. de ſent. excom.* † hæ autē habentur, *in cap. erit autem 4. diſt.* nimirū, quod Lex ſit *Honeſta: Iuſta; Poſſibilis: Secundum naturam: Secūdum conſuetudinem patriæ: Loco tēporiquē conueniens: Neceſſaria, & vtilis: Manifeſta; Et ne aliquid per obſcuritatem incautum captione cōtineat: Nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta.*
3 Quæ planè conditiones reſtringi poſſunt commodè hiſce duobus verſibus.

Iuſta, rationabilis, Lex promulgata, recepta:
A principe lata, ſubditos quosq; ligat.

Nam quatenus dicit *d. c. erit autem diſt. 4.* quod Lex debet eſſe *iuſta, vtilis, & nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate*, reducitur ad 1. conditionem *Iuſta*: quatenus autem dicit *poſſibilis, ſecundum naturam, loco, temporiq; conueniens, & neceſſaria*, reducitur ad 2. conditionem *Rationabilis*: quatenus dicit *manifeſta, & ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat*, reducitur ad 3. conditionē *Promulgata*: quatenus dicit *ſecūdum conſuetudinem patriæ*, reducitur ad 4. conditionem *Recepta*: quatenus tandem dicit *conſcripta* reducitur ad vlt. condit. *A principe lata*. Cæterum quia inſtituti noſtri nō eſt hic agere de huiuſmodi materia, ideo hæc miſſa facio.

D V B I V M L I I I.

A R G V M E N T V M.

Iuriſdictio prælatorum citra Papā eſt de iure poſitiuo; quia conceſſa

vis eſt, vt veniant in partem ſollecitudinis, ideo non poſſunt ſtatuere contra ius Canonicum.

1 DVbitatur 53. An poſsit Epiſcopus facere ſtatuta contra ius Canonicum. Henric. Boich. *in cap. à nobis el 1. num. 11. de ſent. excom.* dicit quod Epicopus nihil poteſt ſtatuere, etiam in Synodo, quod obuiet Canonicis inſtitu-
2 tis: † Imol. *in cap. quod ſuper num. 4. de ma. & ob.* dicit, quod de iure Canon. inferior non poteſt ſtatuere contra ius commune *ad not. in c. fi. de off. Archipr.* Alber. de Roſathe *in tract. de ſtatutis fa. 1. q. 7. verſ. ſed quid ſi ſtatutũ,* Roch. de Curte *ad cap. fin. de conſuetud. ſect. 3. num. 7. & 10. & 11.* Monet. *de diſtribut. quotid par. 2. q. 13. num. 2.*

3 Henric. item Boteus *in tract. de Synodo, par. 3. art. 1. concluſ. 8.* dicit, quod Epiſcopus non poteſt facere ſtatuta contra ius Canonicũ *per c. inſtitutiones 25. q. 2. & alia quãplurima iura, & doct. qua ibi cogerit num. 36.* ac pluribus probat rationibus, quæ ibi videri poſſunt, quia vt iam dixi non intendo hic materiam ſtatutorum tractare; illam tamen referre non piget, quæ eſt Card. Zabarel. *in c. quæ in*
4 *Eccleſiarum q. 6. de conſt.* † vbi reddit rationẽ quare Populus poteſt ſtatuere contra leges, & non Epiſcopus contra Canones, quia inquit iuriſdictio populi eſt à iure gentium, nam quamuis iuriſdictio vniuerſalis ſit tranſlata in Principem, non tollitur tamen quin ſemper populus poſsit ſtatuere, iuriſdictio autẽ Prælatorum citrà Papam eſt de iure poſitiuo, ac proinde nihil poſſunt contra ipſum ius poſitiuũm, quia intelligitur eis cõceſſa poteſtas, vt veniant in partẽ ſollecitudinis *c. ad decorem de vſu pal.* & præter ſupracitatos docet Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, par. 3. alleg. 93. num. 29.* vbi num. 3. refert aliquos caſus, in quibus poteſt Epiſcopus ſtatuere contra Canones, & Cõſtitutiones Summorum Pont.

5 Et procedit hæc negatiua concluſio etiamſi Epiſcopus vellet tãtummodo addere nouam ſolemnitatem in actu à iure Canonico ordinato; Ioan. And. *in addit. ad ſpecul. in rubr. de elec. verſ. Ad ma-*
6 *teriam,* † vbi clarè dicit quod Epiſcopus cum Capitulo ſubſtãtialia formæ electionis, quã tradit Conc. *in c. quia propter de elect.* vel quæ circa perſonam ſtatuit Conc. *eodem tit. in c. cum in cunctis,* alterare non poteſt minuendo, vel ad-
7 dendo, † & ibidem paulò infra dicit, Conſtitutiones Conciliorum ſaltem per Inferiores à Papa, non poſſe modificari, corrigi vel mutari, vel aliquid eis detrahi, vel diſpenſari in aliqua earum parte, vel eis renunciari: *per Clem. ne Romani de elect.* vnde ſuſtinuit validam electionem factam contra ſtatutum conditum per Epiſcopũ, & Capitulum, vt vocarẽtur abſentes etiam extra prouinciam dummodo non diſtarent vltra ſeptem dietas legales cum certa expreſſione cauſæ, & citatio portaretur per certum nuntium.

8 Sed de hoc videndus eſt Boteus,

de

de Synodo vbi ſupra à nu. 40. vbi ampliat ipſam concluſionem, & limitat, & facit 25. illationes ad caſus, in quibus non poteſt Epiſcopus ſtatuere, & ſi ſtatuat non valent ſtatuta, quas illationes non pigebit annuere.

9 Primò igitur infertur quod non poteſt ſtatuere, vt ab interloquutoria in ſua curia non appelletur niſi in caſibus à iure ciuili permiſſis, contra *c. vt debitus de appell.*

10 Secundò non poteſt ſtatuere vt Canonici in electione Epiſcopi debeant clericos Eccleſiarum inferiorum vocare, niſi illi Canonici, quibus præiudicatur conſentirent *c. nouit de his quæ ſi. à præl.*

11 Tertiò nõ poteſt Epiſcopus ſtatuere quod non ſtetur vocibus maioris partis Capituli, vel quod ſtetur vocibus maioris partis Capituli *DD. in cap. 1. de his quæ ſi. à ma. par. cap.*

12 Quartò nõ poteſt ſtatuere Epiſcopus quod electio, vno ex Canonicis contempto, ſit ipſo iure nulla *c. quod ſicut de elect.*

13 Quintò non poteſt ſtatuere, vt diximus contra *cap. quia propter, & c. cum in cunctis de elect.* Caſtellin. *de electione, c. 1. num.* 4. *verſ. nec inferiore.*

14 Sextò non poteſt ſtatuere quod non habens ordinem Diaconatus careat voce in Capitulo etiam ad tempus: vel quod nullus recipiatur in Canonicum niſi omnes conſentiant. *Clem. vt ſup. de æt. & qual. & c. 1. de his, quæ ſi. à ma. part. cap.*

15 Septimò non poteſt ſtatuere quod non reſidens in beneficio ſit ipſo iure priuatus *Cald. in c. ex tuæ de Cler. non reſid.*

16 Octauò non poteſt ſtatuere quod, qui ſe abſentat ſine licentia, & ſine iuſta cauſa à beneficio, ſit ipſo iure priuatus *Cald. & Imola in d. c. ex tuæ de Cler. non reſid.*

17 Nonò non poteſt ſtatuere quod ad inquiſitionem criminum, & pœnam procedatur nullo iuris ordine ſeruato, contra *c. qualiter, & quando el 1. de accuſ.*

18 Decimò non poteſt ſtatuere quod procedatur ſummariè vltra caſus *Clem. diſpendioſam de iudic.*

19 Vndecimò non poteſt ſtatuere, vt liceat Iudici pronunciare ſine cauſæ cognitione *Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ verſ. 2. nota de conſtit.*

20 Duodecimò non poteſt ſtatuere quod cauſa tractari debeat contra benignitatem, & æquitatem Canonicam *Abb. in c. dilecti de iudic.*

21 Decimotertiò non poteſt ſtatuere quod terminus præfigeretur inſtantiæ *Abb. in c. cùm venerabilis verſ. & pro hoc de iudic.*

22 Decimoquartò non poteſt ſtatuere quod in cauſis ſpiritualibus, quoad ordinem procedẽdi approbentur, & ſeruentur ſtatuta laicorum, *c. decernimus de iudic.*

23 Decimoquintò non poteſt ſtatuere quod ex nudo pacto agi non poſsit *c. 1. de pact.*

24 Decimoſextò non poteſt ſtatuere, vt reſtitutio vſurarũ, & male ablatorum incertorum, vel certorum fieri, ſeu diſpenſari non poſſit per alium quam per ipſummet Epiſcopum, *Archid. in cap. ſi. de teſta.*

teſta. in 6. hoc tamen diſtinguitur per Fel. *in c.cum ſit in fi.de iudic. el 2.* videlicet, vt non poſsit ſtatuere, vt ex toto diſpenſatio talium ſibi reſeruetur: ſed poſſit ſtatuere, vt ipſe æquali poteſtate adiungatur: hinc Imol. *in Clem. dudum de ſepult.* dixit Epiſcopum ſibi poſſe reſeruare abſolutionem, ſed, non reſtitutionem, ſed Bot. *de Synodo par.3.art.1.concl.8.illatione 16.in fi.* dicit tenendam eſſe diſtinctionem Felini.

25 Decimoſeptimò non poteſt ſtatuere quod vſurarius non poſſit cõueniri poſt decem annos *Bal. in prœm. decret.Greg.*

26 Decimooctauò, nõ poteſt ſtatuere quod poſſit quis conuinci de crimine vſurarum per vnum teſtẽ de veritate, & tres de fama, vel quatuor ſingulares, vel per confeſſionem extrà iudicium coram quocumque Presbytero factam, vt latè hic probat Bot.*d.p.3.art.1.concluſ.8 nu.83.*

27 Decimononò, non poteſt ſtatuere vt valeat teſtamentum Vſurarij non præſtita cautione *iuxtà c. quamquam de vſur.in 6.*

28 Vigeſimò non poteſt ſtatuere, vt aliquis ſit vſurarius manifeſtus aliter quam diſponit *d. c. quamquam de vſur. in 6.*

29 Vigeſimoprimò, non poteſt Epiſcopus ſtatuere quod contractus factus per aliquem de familia vſurarij præſumatur vſurarius *Francus in cap. quamquam de vſur. in 6.*

30 Vigeſimoſecũdò, nõ poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt locatio ad lõgũ tempus valeat. *Clem.1. in fi. de reb. Eccleſ.non alienan.& extrauag. Ambitioſæ, eod. tit.*

31 Vigeſimotertiò, non poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt quis poſſit obtinere duo beneficia vniformia in eadem Eccleſia *contra c. 1.de conſuet. in 6.*

32 Vigeſimotertiò, non poteſt Epiſcopus ſtatuere quod adminiſtratores Eccleſiarum non poſſint facere conditionem Eccleſiarum meliorem *contrà c. 2.de locat.*

33 Vigeſimoquintò, nõ poteſt Epiſcopus ſtatuere quod excommunicato patre, communio interdicatur vxori, & liberis contra *cap. quoniam* 11. *q.* 3.

34 Vigeſimoſextò non poteſt ſtatuere, vt Concilium Prouinciale conuocetur per Vicarium Archiepiſcopi contrà diſpoſitionẽ Concilij Tridentini *ſeſſ.24. c.2.de reformat.* vbi ſpectat ad antiquiorem Coepiſcopum.

35 Vigeſimoſeptimò, nõ poteſt ſtatuere, vt in Congregatione Canonicorum, ad illam perficiendam admittatur ſuus Vicarius, contrà diſpoſitionem Concilij Tridentini *ſeſſ.26.de ref. c.6.§. Epiſcopi,* verſ. *Abſente vero.*

36 Vigeſimooctauò, & vltimo non poteſt ſtatuere, vt nõ poſsit cõferri beneficium alienigenæ contra *c. ad decorem.5.de inſtitut.* & dixi *in p.7.dub.20.nu.42. in praxi.*

DVBIVM LIV.

ARGVMENTVM.

Iura tunc corriguntur vbi loco illorum nihil de nouo fit: mutantur

quando loco illorum aliquid de nouo ſtatuitur: detrahuntur quādo in parte tolluntur: modificantur, quando reſtringuntur: ſuper eis diſpenſatur tandem, quando in nulla parte alterata ſuſpenduntur.

1 DVbitatur 54. quandonam dicantur iura modificari, & corrigi, Imol. *in clem. Ne Romani not.4.nu. 7. de elect.* dicit quod aliud eſt modificare, aliud corrigere, aliud mutare, aliud detrahe-
2 re, aliud diſpenſare: † corrigi itaque dicitur, quando corrigitur ſtatutum, nec aliud de nouo loco il-
3 lius fit: † Mutatur verò, quando ſublato illo, aliud loco eius ſtatui-
4 tur: Detrahitur, quando in parte
5 tollitur: † modificatur quādo temperatur, & reſtringatur, ſeu limita-
6 tur. † Diſpenſatur tandem, quando ſtante ſtatuto in nullo alterato, in aliquo particulari ſtatu ſuſpenditur: hæc Imola *Bot. de Synodo p. 3. art. 1. num. 42.*

DVBIVM LV.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere contrà ius Ciuile, ſi tamen non ſit incorporatum, & approbatum à Canonibus.

1 DVbitatur 55. an poſſit Epiſc. facere ſtatuta cōtra Ius Ciuile, concluditur affirmatiuè per ea, quæ tradit Gemin. *in c. 2. ante fin. de conſuet.* dicens hoc ſentire gloſ. *penul. in c. fi. de locat.* ſequitur, & refert Fel. *in cap. quod ſu-*
2 *per his de ma. & obed.* † ideò Epiſcopus iurat tantummodo ſeruare Canones *c. Ego N. de iureiuran.*
3 † Declaratur tamen ſupradicta concluſio vt locū non habeat in Legibus incorporatis, & approbatis per Canones, nam eæ dicuntur ius Canonicum glo. in verbo *tractatus in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* quæ habet multas ſocias, quas refert Felin. *in cap. 2.* verſ. *lex poſitiua de reſcrip. & in c. cum cauſa* verſ. *ad illud de re iudic.* Henr. Bot. *de Synodo par. 3. art. 1. num. 99.*

DVBIVM LVI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt declarare ius Canonicum, ſed huiuſmodi declaratio non ligat niſi ſuos ſubditos.

1 DVbitatur 56. an Epiſcopus ſtatuendo poſſit innouare, & declarare ius Canonicum: Reſp. affirmatiuè per ea, quæ notat Alexand. de Imol. *in conſ. 106. lib. 2.* apud Boteum *de Synodo, p. 3. art. 1.*
2 *concluſ. 10. num. 95.* † Imò conducit huiuſmodi ius innouare, namq; ſolet magis timeri quod ſpecialiter eſt ſtatutum *c. quamquam 23. diſt. c. quia in cauſis de procur.*
3 *cap. ſi aduerſus de hæret.* † & nemo ſatagit ex ignorantia iuris cōmunis ſe excuſare *Clem. 1. in §. fi.*
4 *de pœnis,* † & datur noua facultas agendi ex eo Abb. *in c. ex parte el 3. not. 1. & latius n. de verb. ſignif. & in c. cauſam in fin. de reſcrip.*

Digitized by Google

5 *reſcrip.* † Imò ſi allegetur tale ſtatutum Epiſcopi in alieno foro, non eſt opus producere *Abb. in cap. paſtoralis de fide inſtrum.* vbi Felinus dicit hoc eſſe notabile, alios quamplures effectus recenſet Bot. vbi ſupra *nu. 6. & ſeq.*

6 Illud tamen omninò notandum eſt, quod declaratio, ſiue interpretatio, quam facit Epiſcopus circà ius commune per ſuum ſtatutum, ligat tantummodo ſuos Subditos *Dec. in c. cum veniſſent de iudic. Bott. vbi ſup. num.* 100.

DVBIVM LVII.

ARGVMENTVM.

Statutum declaratorium iuris cenſetur reuocatum vbi ius per Papam reuocetur.

1 DVbitatur 57. An cēſeatur reuocatum ſtatutum declaratorium iuris, ſi contingat illud ipſum Ius reuocari per Papam, quod poteſt *per c. propoſuit de conceſſ. præb.* Reſoluitur affirmatiuè *ex gloſ.* in verbo *facto in c. primo de conſtit. in 6. quam ſequuntur cōmuniter ibi omnes Doct.* & de hoc videndus Fel. *in c. primo verſ. ſublato de reſcrip.* vbi ponit 12. limit.

DVBIVM LVIII.

ARGVMENTVM.

Statutum conforme conſuetudini, quæ eſt contrà ius, valet, quia conſuetudo eſt optima iuris interpres.

1 DVbitatur 58. An valeat ſtatutum, quod eſt conditum conforme conſuetudini, ſed conſuetudo eſt contra ius: Henr. Bott. *in tract. de Synodo Epiſcopi, p. 3. art. 1. concl. 11. num.* 104. concludit affirmatiuè cum Ant. de Butr. *in c. cum dilectus verſ. ex quo infertur de conſuetud.* & poſt eum cum Decio *in c. Ad hæc num. 68. de poſtul. præl.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 13. nu. 1.* & alijs, quos

2 ibi refert, & ſequitur; † nam conſuetudo optimè iura interpretatur *l. ſi de interpret. ff. de leg. d. c. cum dilectus, de conſuet. Dec. in d. c. ad hæc num. 66. de poſtul. præl.*

DVBIVM LIX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere contra conſuetudinem.

1 DVbitatur 59. An Epiſcopus poſſit ſtatuere contrà conſuetudinem. Paulus Piaſetius *in prax. Epiſcopali, par. 2. c. 2. num. 7. verſ. 5.* dicit quod poteſt, & ante eum hanc affirmatiuā tenuit Bott. *de Synodo par. 3. act. 1. concl. 12.*

2 *nu.* 105. ex duplici ratione: † Prima, quia in tollenda conſuetndine

3 nō fit contra legē Superioris: † Secunda quia conſuetudo, vt plurimum eſt contra ius, & propterea ſtatutum quod reducit nos ad ius commune, tanquam magis fauorabile, eſt ſeruandum contra con-

4 ſuetudinem; † à qua, ſi tamen eſt minus rationabilis, quamuis fuerit etiam iuramento firmata, re-

cedi iure poteſt *cap. in his,iunct. gloſ. in c. 1. de his quæ fi. à ma. par. cap.* quod citat Piaſetius *vbi ſupra*.

DVBIVM LX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuendo augere pœnam, coadiuuando ius commune.

1 DVbitatur 60. An Epiſcopus ſtatuendo poſſit apponere pœnam coadiuuando ius commune. Elegans eſt circa hoc dubium Concluſio 13. Henr. Bot. *in tract. de Synodo par. 3. art. 1. num. 106. quibus additur glo. in Clem. Ne Romani* in verſ. *tolli de elect.* Roc. de Curte *in c. fin. de conſuet. ſect. 3. num. 52.* Duen. *reg. 251.* Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. q. 13. num. 20.* & eſt affirmatiua, pluribuſque firmatur iuribus, & doctrinis *ibi*, & huiuſmodi concluſionem ampliat plurimis modis, quos omnes hic recenſere non arbitror, vt breuiati ſtudeam.

2 Verumtamen quia inter ipſas ampliationes, reperio tertiam, quę maximè vſui venit in foro Eccleſiaſtico, nimirum vt afficiat ſtatutum apponens pœnas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, abſque eo quod præmittatur trina monitio, quæ aliàs regulariter requiritur, *per cap. ſacro de*
3 *ſent. excom.* † & huiuſmodi cenſuræ æquiparantur cenſuris latis à
4 Sac. Canonibus; † nec poſſunt à religioſis, & exēptis abſolui *Cle. 1.*
5 *in princip. de priuil.* † quinimò ſi religioſi ab eis abſoluant, fiunt ipſi excommunicati, & eiuſmodi excommunicationis abſolutio reſer-
6 uatur ſummo Pont. † quamuis poſſint ab Ordinario denunciari excommunicati, idcircò non potui illam huc non referre.

7 Prout illud animaduerto etiam, quod ſicut non poteſt dari abſolutio ad cautelam à cenſuris latis per Canones, vt notatur *in c. ſolet de ſent. excom. in 6.* ita nec à cenſuris ſtatutorum Synodalium *Vi-*
8 *talin. in d. Clem. 1. de priuil.* † nec licitum eſt appellare à pęna impoſita per ſtatutum Epiſcopi *Bal. in l. 1. ver. reſtat C. ne ex delicto defunct.* & idem notat Fel. *in c. cum*
9 *omnes de conſtit.* † nam à pœna legis, vel conſtitutionis non ap-
10 pellatur *c. quia nos de appel.* † quã uis appellare licitam ſit à declaratione iudicis quod quis pœnam ſtatuti incurrerit. Bott. *vbi ſup. num. 112. & ſeq.*

11 Circa hoc circumſpecti eſſe debent Reuerendiſs. D. Epiſcopi, vt in condendis ſtatutis caueant ne pœnas excōmunicationis niſi rariſſimè apponant, ſed potius vtantur pœnis temporalibus, non tamen pecuniarijs, ad euitandum auaritiæ ſuſpicionem, quæ abeſſe debet ab Epiſcopo, *c. cum ab omni de vit. & honeſt.* ad quod admonent Piaſec. *d. c. 2. num. 9. verſ. illa par. 2. & Bote. d. ar. 1. nu.* 113.
12 *&* 124. *p. 3. concl.* 13. † prout etiã deberent ipſi Reuerendiſs. Epiſcopi abſtinere à multitudine præce-
13 ptorum, † nam, qui nimis emungit elicit ſanguinem, *c. denique 4. diſt.*

diſt. quod etiam annuit D. Chryſoſtomus *ſuper Matth.* ibi *circa vitam tuam eſto auſterus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem*, & D. Bernardus ait, *quid iugum veſtrum ſuper eos aggrauatis, quorum onera potius portare deberetis?* hæc dicta refert Piaſecius *vbi ſup.*

DVBIVM LXI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt infligere pœnam inhabilitatis ad beneficia.

1 Dubitatur 61. An poſsit Epiſcopus apponere pœnam inhabilitatis ad beneficia propter delictum Gloſ. *in Clem.* 2. *verb. inhabilis de vit. & honeſt.* dicit quod Epiſcopus poteſt infligere pęnam inhabilitatis ad Eccleſiaſticum beneficium obtinendum, etiam in perpetuum clerico, & laico ex cauſa, quod etiam confirmat *ibid.* gloſ. interlinealis, & obſeruat Bott. *de Synodo par.* 3. *art.* 1. *concl.* 13. *num.* 138.

DVBIVM LXII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere, vt beneficiati debeant oſtendere ſuos titulos intrà certum tempus, & poteſt non parentes priuatos declarare.

1 Dubitatur 62. an pnſſit Epiſcopus ſtatuere, vt beneficiati oſtendant ſuos titulos beneficiorum intrà certum terminum, & faciant eos regiſtrare in curia Epiſcopali, & niſi oſtendant eos
2 priuatos declarare. †Frãc. *in c. mora de reg. iur. in 6. reg.* 25. *nu.* 3. *verſ.* 5. dicit quod mora eſt nociua quoad priuationem iuris, & ibi exemplificat ſuam concluſionem, ſoluendo hoc dubiũ, & dicit, quod ſi quis non exhibet, & regiſtrat titulum ſui beneficij, erit priuatus, & poterit vti priuatus declarari, quod etiam notat Boich. *in c. cum dilectus nu.* 18. *de conſue.* & poſt eos Henr. Bott. *de Synodo par.* 3. *art.* 1. *concl.* 13. *num.* 135.

DVBIVM LXIII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus vbi ſtatuit eum pœna priuationis, non tenetur monere, ſed quidem vbi vult procedere ad declarationem ipſius priuationis incurſæ.

1 Dubitatur 63. An teneatur Epiſcopus monere ſpecialiter illos, qui priuationis beneficij pęnam incurrerunt ex diſpoſitione ſtatuti Epiſcopi illam infligentis ipſo facto, extat conſ. Abb. 9. *par.* 2. ſed ſpecialius habetur apud Bott. *de Synodo p.* 3. *art.* 1. *concl.* 13. *illat.* 8. *num.* 146. vbi dicit apertè valere ſtatutũ Epiſcopi, quod non reſidentes priuentur ſuis beneficijs, & quod tunc non requiritur
2 aliqua monitio; † quãuis requiratur quando vult eos declarare priuatos, *cap. cum ſecundum leges de hæret. in 6.*

3 Quid

Digitized by Google

3 Quid verò dicendum de declaratione excommunicationis? Anſtante monitione Generali facta in Synodo contra turbantes violantes, vel impedientes Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſub pœna excommunicationis contentæ in Bulla Cœnæ Domini ipſo facto incurrenda, poſſit fieri declaratio talis excomunicationis abſque alia perſonali citatione?

4 Affirmatiuè reſpondet Milis *in ſuo repertorio in verbo citatio partis*. Io. Maria Belletus *diſquiſit. Clerical. par.1.§.3. num.* 35. Vittoria *de exemptione nu. 6*. Couar. *in c. alma mater de ſent. excom.*
5 *par.1.§.9.nu.5.*† licet dicat quod regulariter nulla ſit declaratio excommunicationis abſque citatione. Idem in ſpecie tenet Riccius *3.par. ſuæ praxis reſol.* 231. *nu. 6.* Fel. *in c. quia freq. §. pono verſ. ſi verò, & ibi Abb. vt lite non conteſt.* & tantò magis quia in declaratione excommunicationis non requiritur citatio perſonalis: *Rom.*
6 *conſ.* 481.† tum quia talis declaratio non inducit nouum titulum *c. paſtoralis, §. verum de appellat.* Marius Antonin. *variar. reſol.*38.*num.*6. Couar. *in d. c. alma*
7 *mater, p.4.§.2.n.2.*† tum etiã quia declarans nihil noui facit *l. ſi des palam de teſtam. Epiſcopus Iſer. pract. Eccleſ. q.* 708.

DVBIVM LXIV.

ARGVMENTVM.

Statutum priuatorium comprehendit beneficiatos habentes beneficia in territorio ſtatuentis, quamuis ipſi habitent in alia diœceſi.

1 DVbitatur 64. An ſtatutum Epiſcopi concernens priuationem beneficiorum comprehendat beneficiatos habentes beneficia in diœceſi ſtatuentis, ſi ipſi non reſident in ipſa, ſed in aliena diœceſi. Henr. Bot. *par.3.art.1. n.* 147. *concl.*13. *de Synodo* tenet affirmatiuè cum Feder. *conſ.*108. *&* 172. *Anchar. in cap.1. quæſt.*12. *in repe. de conſt. & alijs quos* ibi *allegat.*

DVBIVM LXV.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere, & apponere pœnas arctatiuas, & priuatiuas, ac etiam excommunicationis contra executores piorum legatorum, illa non exequentium.

1 DVbitatur 65. an poſsit Epiſcopus ſtatuendo imponere pœnas arctatiuas, vel priuatiuas executoribus teſtamentorum ſi nõ adimpleant legata, vel præcepta ad pias cauſas, & an ſufficiat exẽptos, ſi ſint executores. Romanus *in conſ.* 428. *num.*5. dicit Baldum formaliter concludere *in l.1.C. de his quæ pœna*, imponi poſſe executoribus non exequentibus teſtamenta ad pias cauſas Epiſcopali conſtitutione pœnas arctatiuas, & priuatiuas officij *Bott. de Synodo, par. 3. art. 1. concl.*13.*illat.* 19. *& ampliat.* 5. *ad* 6. *illat.*
2 *num.* 173. *&* 181.† vbi ampliat vt non ſolum poſsit apponere pœnas

nas arctatiuas, & priuatiuas, ſed etiam excommunicationis.

DVBIVM LXVI.

ARGVMENTVM.

Per pœnam appoſitam in ſtatutis quando cenſeatur receſſum à pœna iuris communis oſtenditur.

1 DVbitatur 66. vtrum per pœnam appoſitã à ſtatuto Epiſcopi cenſeatur eſſe receſſum à pęna iuris communis. Bot. *de Synodo p. 3. art. 1. concl. 13. num. 236.* hoc quærit, & dicit non reperire in ſpecie tactam ipſam quæſtionẽ in ſtatuto Epiſcopi, quamuis generaliter de ſtatutis aliquos ibi referat affirmantes, & aliquos negantes. Ipſe tamen in ſtatutis
2 Epiſcopi diſtinguit dicens, † quod aut Epiſcopus imponit pœnam, vltrà pœnam impoſitam à iure ciuili, ſtatutiſuè laicorum, aut ſuis, ſuorumuè prædeceſſorum pro delicto in ſuo ſtatuto multato, & hoc caſu putat eſſe receſſum à pœna iuris ciuilis, & ſtatutorum, & eſſe imponendam tantummodo in foro Epiſcopi pœnam ſuorum ſtatuto-
3 rum, † & mouetur, quia Epiſcopus poteſt ſtatuere contra leges ciuiles, & ſtatuta laicorum, & poteſt tollere ſtatuta ſuorum prædeceſſorum; aut, inquit, Epiſcopus per ſtatuta ſua imponit pœnam vltrà pęnam impoſitam pro eodem delicto à iure Canonico, & tunc putat quod non cenſeatur eſſe receſſum à pœna iuris Canonici, ſiue Epiſcopus hoc intendat expreſsè, ſiue
4 tacitè, ſiue non, † ſed hoc non habet locum in Principe, vel Populo ſtatuente, & pœnam in ſtatuto apponente, vltrà pœnam iuris, & ſtatutorum, vt vult. *Bart. in l. 1. ff. vi bon. rap.*

DVBIVM LXVII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ex cauſa imminuere pœnitentiã impoſitam à Papa

1 DVbitatur 67. An Epiſcopus poſſit diminuere pœnitentiam impoſitam à ſummo Pontifice. Roman. *in conſ. 428. nu. fin.* dicit quod quamuis Epiſcopus factũ Papæ tamquam Superioris non immutet *l. minor, ff. de minorib. c. cum inferior de ma. & obed.* Ex cauſa tamen poteſt diminuere pœnitentiam, quam Papa indixit: qui-
2 nimò, † ex iuſta cauſa poteſt inferior immutare factum Superioris, vt eſſe caſum notabilem aſtruit *in l. ſi hominem, ff. mandati Bot. de Synodo par. 3. art. 1. cõcl. 13. n. 237. per gloſ. in c. tempora pœnitudinis 26. quæſt. 7.* quam extollit Roman. *deciſ. 454.* Crauet. *conſ. 21. num. 3.* Menoch. *conſ. 90. num. 34.*

DVBIVM LXVIII.

ARGVMENTVM.

Pro eodem delicto non imponuntur plures pœnæ.

1 DVbitatur 68. An Epiſcopus ſtatuere valeat, vt plures pę-

næ

ne imponantur pro eodem delicto, *Bot. de Synodo, p. 3. concl. 13. art. 1. num. 239.* reſoluit quod regulariter nō poſſunt imponi plures pœnæ pro eodem delicto *per c. at ſi Clerici, §. de adult. in fine de Iu-*
2 *dicijs, l. Senatus, ff. de accuſat.* † & quod ſi plures impōnantur per vnā vltimo loco impoſitam, cenſetur receſſum ab alijs.

DVBIVM LXIX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt facere ſtatuta concernentia certos homines tantum.

1 Dvbitatur 69. An Epiſcopus poſſit ſtatuere tantùm circa certos homines, Reſpōdet Bot. & facit concluſiones quæ eſt 14. *in tract. de Synodo, par. 3. art. 1. num.* 247. vbi concludit Epiſcopum, nedum poſſe facere ſtatuta
2 concernētia totam diœceſim, † ſed etiam poſſe facere ſtatuta particularia concernentia tantum certos homines, vt eſt caſus *in c. quoniam de vit. & hon. Cler.* ita Gem. *in ſum. 18. d. & ibidem Cardin. Alex.*

DVBIVM LXX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere contra propria ſtatuta, & an ſi deſinat Epiſcopus reſeruare caſus, poſſit quilibet confeſſarius abſoluere.

1 Dvbitatur 70. An Epiſcopus poſsit ſtatuere contrà propria ſtatuta Bot. *de Synodo, par. 3. art. 1. num.* 248. firmat vnam concluſionem, quæ eſt XV. vt Epiſcopus poſsit facere ſtatuta contrà propria ſtatuta *per reg. 1. de reg. Iur. in antiquis*, quam concluſionem ponit Imo. *in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtitutionib.* & eſt tex. *in in c. certè 12. q. prima*, per quem ita tenet Anton. de Roſell. *in tract. de Concil. verſ. aliud du-*
2 *bium*, † nam omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdē diſſoluitur *d. c. primo de reg. iur. in antiq. Bot. vbi ſup.* vbi ampliat ipſam concluſionem, vt cenſeatur reuocatum ſtatutum Epiſcopi antiquum ſi eius tenor in nouo ſtatuto ſuper eodem facto non inſeratur *ad trad. per Zabarel. in con-*
3 *ſil.* 40. & ſi non conſtat quod ſit prius, attendendus, inquit, eſt ordo ſcripturę. *Io. Andr. cap. 1. de iureiur. in 6. Fel. in c. cum dilecta, verſ. ordo Scripturæ de reſcrip.* ampliando etiam eandem concluſ. vt ſi in ſtatutis Epiſcopi, vel alterius reperiantur duo ſtatuta contraria, ſtandum ſit vltimo *Cyn. & omnes in l. 2. C. de teſtam.*
4 Hoc tamen declarandum eſt, vt per 2. ſtatutum non cenſeatur reuocatum primum ſimpliciter quo ad effectum cauſatum per pri-
5 mum, † & ideo ſi per ſtatutū Epiſcopi, quis ſit excommunicatus, & reuocetur poſtea huiuſmodi ſtatutum, talis indiget abſolutione. *Abb. per gloſ. in c. non debet de conſanguinitate, & affinit.*
6 Hinc patet ſolutio dubij quod ſolet moueri; An ſi Epiſcopus deſinat reſeruare caſum, quem aliàs reſerua-

Digitized by Google

reſeruare conſueuerat poſsit con-
feſſarius non Pœnitentiarius abſol-
uere peccatum, quod tempore
Confeſsionis non erat reſeruatū,
ſed tempore, quo fuit commiſſum,
erat reſeruatum, & quamuis Poſ-
ſeuin. *de off. Curat. cap. 7. nu. 49.*
verſ. ſi veniat habens caſum, qui
quando eſt factus, &c. dicat ſim-
pliciter, & indiſtinctè quod poteſt,
& è contra ſi tempore confeſsio-
nis ſit reſeruatum, quod tempore
commiſsi non erat reſeruatum,
nō poſsit abſolui, nihilominus per
declarationem prædictam aliter
concludendum eſt, vel potius di-
ſtinguẽdum, nimirum, quod ſi Epi-
ſcopus, quando ommiſsit reſerua-
re, intellexit omnimodam reſerua-
tionem tollere etiam à peccatis
aliàs reſeruatis, poterit quilibet
Cōfeſſarius abſoluere, aliàs ſecùs.
arg. eorum quæ dixi in dubio 3.
6 *prælud. 26. de indult. Card.* † vbi
dixi quod ſi vacauit beneficium in
menſe Aprilis, quo tempore erat
Epiſcopus non Cardinalis, illud be-
neficiū cōtraxit reſeruationem, in
tantum quod non poterit deinde
conferri per ſucceſſorem, quãuis
ſit Cardinalis, vel aliàs habeat In-
dultum ad conferendum beneficia
in tali menſe vacantia, donec ali-
quando fuerit per Papam collatū,
nam ſemel reſeruatum, ſemper du-
rat tale *Simoneta de reſeru. q. 58.*
num. 7. Barto. Bellenc. de charit.
ſubſid. q. 116. num. 1. & idem
argumentum ſtringit, ſi confitea-
tur pœnitens peccatum, quod tem-
pore commiſsi non erat reſerua-
tum, & tempore confeſsionis erat
reſeruatum, & eo magis [& hoc
erit ſecundum membrum diſtin-
ctionis] ſi peccatum illud habe-
bat annexam cenſuram, qui dici-
tur effectus cauſatus, nam natura-
le legis eſt dare normam futuris,
& non præteritis negotijs, niſi cū
ſit lata etiam in cauſis pendenti-
bus, vel ſit declaratoria antiquæ,
quia tunc traheretur ad præterita
Fel. in c. ſi. verſ. *ſecũdus caſus* verſ.
limita quartò, & verſ. *fallit ſe-*
cundò de conſtit. Put. deciſ. 372.
lib. 2. Faciunt quæ dixit Simo. *d.*
q. 58. in fi. vbi aſſeuerat quod ef-
fectus non ceſſat ceſſante cauſa,
7 vbi effectus eſt conſumatus, † ita
etiam omnes admittunt ſine con-
trouerſia, vt ſi quis habens caſus
reſeruatos confiteatur ſuperiori,
ſeu aliàs habenti facultatem ab-
ſoluendi ab huiuſmodi caſibus re-
ſeruatis, & inter confitendum ob-
liuiſcatur aliquem caſum ex his
reſeruatis, & obtineat abſolutio-
nem ab omnis peccatis, quia fue-
rit principaliter, & integraliter
confeſſus ipſi ſuperiori, poterit,
quãdo illius caſus recordatus fue-
rit, abſolui ab eo per quemuis etiã
ſimplicem confeſſarium, tametſi
ille caſus ex obliuione ommiſſus
8 habuiſſet annexam cenſurã, † quia
ſicut per collationem Papæ de be-
neficio reſeruato purgatur reſer-
uatio, ita per abſolutionem ſupe-
rioris tollitur reſeruatio caſus, &
9 cenſuræ; † quinimò abſoluitur ip-
ſa cenſura, ſi tamen ſuperior, vel
aliàs abſoluens præmiſit ſolitam
formam abſolutionis, quæ hæc
etiam verba continet. *Abſoluo te*
ab omni vinculo excommunica-
tionis, ſuſpẽſionis, & interdicti ſi

quod incurriſti, in quantum poſ- ſum, & tu indiges.

10 Facit deciſ. Illuſtriſſimi Seraph. bo. mem. 1001. vbi deciſum fuit confidentiam intrare in caſu ibi diſcuſſo, quia licet regreſſus, de quo ibi, non habuerit locũ niſi poſt Bullam confidentiæ, & de natura legis ſit futuris dare formam, non autem præteritis negotijs, vt dictum eſt *l. leges, C. de leg. d. c. fi. de*
11 *conſtit.* † nihilominus lex ſuperueniens comprehendit actus præteritos, qui poſtea ſortiuntur effectum *Fel. in d. c. fi. num. 11. poſt glo. in clem. 2. in ver. in poſterum*
12 *de ætat. & qual.* † Vnde qui cõmiſit peccatum tempore, quo non erat reſeruatum, non dicetur reſeruatum tempore Confeſſionis, niſi Epiſcopus ſeu aliàs reſeruans intellexerat etiam commiſſa ante reſeruationem comprehendere,
13 aut aliàs † effectũ ſortiantur poſt reſeruationem v. g. aliquis dedit mandatum ad committendum furtum 100. ſcutorum, & poſt huiuſmodi mandatum Epiſcopus reſeruauit ſibi caſum furti 100. ſcutorum, comprehendens quoſcunque concurrentes ad tale furtum, & poſt huiuſmodi reſeruationem mandatarius exequutus fuit mandatum, tunc erit reſeruatum, ſecus ſi ante reſeruationem fuiſſet exequutioni demandatum.

DVBIVM LXXI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuere in caſu omiſſo à iure, & ſic poteſt creare nouum delictum.

1 Dvbitatur 71. An Epiſcopus ſtatuẽdo poſſit creare nouũ delictum, & ſic ſtatuere præter ius. Baldus *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure* dicit quod Epiſcopus poteſt ſtatuere in caſu ommiſſo à iure, vnde Bot. *de Synodo, p. 3. art. 1. concl. 17. nu. 273.* ponit hanc concluſionem, quod poteſt Epiſcopus facere ſtatuta, creando nouũ delictum de nouo, quam pluribus iuribus, & auctoritatibus probat adducens pro hoc *c. 2. de coſtit. in 6. c. Cathol. 11. diſt.*

DVBIVM LXXII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt reſeruare caſus etiam in præiudicium mendicantium, ſi tamen abſit iniuria.

1 Dvbitatur 72. an poſſit Epiſcopus per ſtatuta ſua reſeruare caſus in præiudicium Religioſorum mendicantium gloſ. *in c. ſi Epiſcopus* verſ. *reſeruantur* de pœnit. & remiſſ. in 6. quam ſequuntur omnes ibi, & potiſsimum Francus *num. 8.* dicit quod inferiores Epiſcopo non poſſunt abſoluere ab excõmunicatione ma-
2 iori, † & Bott. *de Synodo, p. 3. a. 1. concl. 17. num. 277.* ampliat vt Epiſcopus poſſit per ſtatutum ſuũ reſeruare caſus, etiam in præiudicium Religioſorum mẽdicantium, dummodo non reſeruet in iniu-
3 riam, † Dicitq; tunc præſumi reſeruare in iniuriam, ſi omnes reſeruare velit, vel ſi ſine cauſa reſeruet ad notata per Imol. *in Clem. dudum*

dudum verſ. *credo tamen de ſepult.*

DVBIVM LXXIII.

ARGVMENTVM.

Semel approbatus ad Vicariatum poteſt reprobari.

1 Dubitatur 73. An ſemel approbati ad Vicariatum poſſint reprobari. De hoc fuit aliàs dubitatum Lugduni, teſte Bott. *de Synodo, par. 3. art. 1. concl. 17. n. 283.* qui dicit ſe numquam dubitaſſe
2 quin poſsit reprobari, † quia ſemel approbatus poteſt reprobari *gloſ. in c. cum ſecundum* in verb. *liceat de prab. Imol. in cap. graue verſ. item nota de prab.* & alijs quam pluribus auctoritatibus hoc probat, quod planè ante eum firmauerat Oldrad. *in conſ. 18. in principio*, & dictũ habemus apud Seraph. *decis. 68. num. 10.* vbi etiã dictum fuit quod ſemel reprobatus poteſt iterũ approbari, & maximè quando ſufficit habilitas etiã infra mediocritatem; vide quæ dixi *in praxi hab. concur. req. 5. dub. 14. vbi latè hoc tetigi.*

DVBIVM LXXIV.

ARGVMENTVM.

Episcopus poteſt ſtatuere, vt ſibi preſententur literæ Apoſtolicæ ante illarum quamuis executionem.

1 Dubitatur 74. An poſsit Epiſcopus ſtatuendo prohibere ne vllæ literæ Apoſtolicæ recipiãtur, vel approbentur in ſua diœceſi, niſi primitus ipſe conſulatur. Henricus Bot. *in tractatu de Synodo Epiſcopi, p. 3. ar. 3. concl. 17. n. 285.* dicit valere ſtatutũ Epiſcopi prohibens ne vllæ literæ Apoſtolicæ recipiãtur, vel approbentur in ſua Diœceſi, niſi primitus ipſe conſulatur, & ab ipſo, vel ipſius commiſſario examinentur, ad quod allegat. *Hoſt. in c. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* & poſt eum Zabarell. *ibi q. 1. ac Abb. in fin.*

DVBIVM LXXV.

ARGVMENTVM.

Episcopus non poteſt ſtatuere, vt quilibet beneficiatus teneatur promoueri ad ſacros ordines.

1 Dubitatur 75. An Epiſcopus poſsit ſtatuere, vt quilibet beneficiatus in ſua diœceſi promoueatur ad Sacros ordines intra certum tempus, aliàs priuatus ſit ſuo beneficio; affirmatiua eſt reſolutio apud Boteum in tract. *de Synodo, p. 3. ar. 1. nu. 309.* vbi citat Calder. *conſ. 6. quod incipit* Synodali ſtatuto *ſub rubr. qui fil. ſint*
2 *legit* † Attamẽ dicamus nos quod poterit quidem vbi beneficium requirat ordinem ſacrum, aliàs ſecus, nam Concil. Trid. prohibet duntaxat collatores ad conferendum beneficia ijs, qui non habent ordinem, quem beneficium requirit, vel ſaltem in ea non ſunt ætate; vt valeant ordinari intra an-
3 num *ſeſſ. 22. cap. 4. de reform.* † at

M 2 verò

verò *ſeſſ.23.de refor.cap.6.* decernit, vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante 14. annum
4 beneficium poſsit obtinere, † quod planè decretũ Sac.Congreg.Conc. Trid. ampliauit ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum, vt latè vidimus *in prax. habendi conſenſum requiſito* 10. *dub.* 11. verſ. *in Canonicatibus, n.*25.*&* 29.

DVBIVM LXXVI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt ſtatuta facere ſine conſenſu Capituli, quãuis debeat petere conſilium, ſed non ſequi: recenſentur tamen caſus, in quibus tenetur habere conſẽſum Capituli; prout etiam poteſt ſtatuere ſine conſenſu, & approbatione Cleri.

1 Dubitatur 76. An Epiſcopus poſsit ſtatuta condere abſq; conſenſu Capituli. D. Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſ. c.* 9. *nu.* 15. dicit quod Epiſcopus poteſt facere conſtitutiones in Synodo abſque conſenſu Capituli, & Cleri, licet requirendum ſit conſilium, præterquam in quibuſdam caſibus à iure expreſsis; quod antea docuerat Bot. *de Synodo p.* 3. *in princip. num.* 137. verſ. *limita ſecundò*, vbi dicit quod Epiſcopus in Synodo poteſt facere ſtatuta
2 cum conſilio Capituli, † quia quãdo ſine conſilio Capituli faceret, regulariter non valerent *arg. cap. quanto, de his quæ fi. à præl.* & allegat Archid. *in ſum.18.diſt.& in cap.2.de conſt. in 6.* ac alios quã
3 plurimos Doctores, † ac tandem addit quod ſi Capitulum contradiceret non aſsignata cauſa contradictionis, valeret nihilominus ſtatutum Epiſcopi, & Capitulum haberetur pro conſentiente *ſecundum Archid.in ſum.*18. *diſt.* quod etiam pluribus probat Piaſecius *in praxi Epiſcopali, par.*2. *cap.*2. *num.* 8. vbi ait, quod Epiſcopus debet facere ſtatuta cum conſilio ſui Capituli *c. Epiſcopus* 24. *diſt.* & quod conſuetudo, ſi qua eſſet in contrariũ, reputaretur irrationabilis, nec tenenda *Hoſt. de his quæ*
4 *fi. à præl.* † dicit nihilominus quod non tenetur ſequi conſilium ipſius Capituli, pro quo adducit, & refert reſpõſum datũ Patriarchæ Veneto à Sac.Congreg.Conc. in hæc verba. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. vti Fr. *Sacra Congregatio Illuſtriſs. Patrum, qui Trid. Conc. interpretando à S. D. N. Præfecti ſunt, per libellum A. T. nomine porrectum conſulta, reſpondet eandem A. tuam in Synodo Diœceſana facere poſſe Conſtitutiones abſque conſenſu, & approbatione Cleri, debere tamẽ requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à iure expreſſis, non obſtãte quod ex forma Rom. Pontificalis, in celebranda Diœceſana, & Prouinciali Synodo, expreſsè habeatur, vt Conſtitutiones, in Synodo publicandæ, à Patribus per verbum placet confirmentur, cui Congregationis ſententiæ A. tua inhærens, in Synodum ſuam nauiter peragendum incumbat, & bene valeat*

Digitized by Google

valeat in Domino, quem, ut illi in huiuſmodi Paſtoralibus, ac ſalutaribus munijs ſua gratia ſemper adſit, ex animo rogamus. Romæ die 27. Aprilis 1592. Hieron. Card. Matthæus.

5 Cęterum quia tam Theſ. for. Eccleſ. quam Sac. Congregatio excipiunt caſus in iure expreſſos, in quibus requiritur conſenſus Capituli, ideo opportunum duxi referre eos, prout recenſet ipſe Piaſecius *vbi ſup. nu.* 9.

6 Primus igitur caſus eſt, quando vertitur intereſſe ipſius Capituli *c. fi. de his quæ fi. à præl.*

7 Secundus eſt caſus, quando diminuiretur auctoritas Eccleſię *per c. dilecti de ma. & obed.*

8 Tertius eſt, quando ageretur de alienatione rerum Eccl. *cap.* 1. *de his quæ fi. à prælat.*

9 Quartus eſt, quando ageretur de obligatione Eccleſiæ *c. quod quibuſdam de fideiuſſ.*

10 Quintus eſt, quando ageretur de præiudicio quoad ſubiectionē, vel limitationem conſenſus Capituli *c. dilecti de ma. & obed.*

11 Sextus, & vltimus eſt, quando ageretur de ventilatione caſuum criminalium 15. *q.* 7. *per tot.*

DVBIVM LXXVII.

ARGVMENTVM.

Statuta Epiſcopi ligant exiſtentes in ſua diœceſi quoad pœnam tantum non quoad culpam.

1 Dvbitatur 77. quoſnam ligent ſtatuta Epiſcopi, & an ligēt quoad culpam. Hoſtien. *in cap. fi. qui matr. accuſ. poſſint*, quem ſequuntur; *ibidem Abb.* & probatur etiam *in c. à nobis el* 1. *de ſententia excommun. & in c.* 2. *§. ſtatuto de Conſt. in* 6. & poſt eum Bot. *de Synod. p.* 3. *art.* 2. *concl.* 1. *num.* 1. dicunt quod ſtatuta Epiſcopi ligant exiſtentes infrà limites ſuæ Diœceſ. † & quod nedum ligant Clericos, ſed etiam laicos morātes in Diœc. Epiſcopi, † quia laici ratione delicti ſubditi ſunt Epiſcopo *c. nouit de Iudic.* & ita notat Franc. *in c.* 2. *in §. ſtatuta notabil.* 2. *de Conſt. in* 6. etiam ſi laici non fuerint vocati dum fierēt ſtatuta Epiſcopi *Calderin. conſ.* 8. *de Cōſt. de hoc Butr. in c.* 2. *de cōſtit.*

(Margin numbers 2 and 3 stand beside the lines "tes ſuæ Diœceſ. †" and "morātes in Diœc. Epiſcopi, †".)

4 Et huiuſmodi ſtatuta ſecundum Piaſecium *in praxi c.* 2. *p.* 2. *nu.* 10. *verſ. & quoniam* debent ligare tantum quo ad pœnam non quo ad culpam, allegat Abbatem pro hoc *in cap. cum olim num.* 5. *de Cler. coniug.*

DVBIVM LXXVIII.

ARGVMENTVM.

Exempti deliquentes in loca non exempto quando ligentur ſtatutis Epiſcopi deciditur.

1 Dvbitatur 78. An ſtatutum Epiſcopi liget exemptos delinquentes in loco non exempto. Hoc tangit. *Bot. de Synod. p.* 3. *ar.* 2. *num.* 5. *verſ. amplia ſecundò*, & dicit quod exempti delinquentes in loco non exempto ligantur ſtatutis Epiſcopi, dummodo in Diœceſi Epiſco-

Epiſcopi delinquant, & faciant prohibita per ſtatuta Epiſcopi, quod *plurib. Doct. auctoritatibus*
2 *firmat*, † his tamen adiectis limitationibus, vt locum non habeat huiuſmodi concluſio, quando exēptus eſſet etiam exemptus ratione delicti *ſecundum Gemin.& Frāc. in c. primo §. numquid de priuil. in 6. & in cap.2. §. ſtatut.de Conſtit.in 6. ac in c.1.de ſtat.regular.*
3 *lib.6.* † vel quando ſtatutum Epiſcopi fieret in fraudem exemptio-
4 nis, *c.quanto de priuil.* † vel tandem quando ſtatutum eſſet con-
5 trarium Religioni exemptæ, † *Franc. & Gemin. locis ſup. cita-*
6 *tis*, † qui dicunt itá debere intelligi *c. nimis de priuil.* Sed nedum poteſt Epiſcopus procedere cōtra exemptos, circumſcripta tamen conſuetudine immemorabili, ad pęnas ſtatutarias, verum etiam ad quaſcunque pęnas ratione delicti, non obſtante Priuilegio á delictis eximente, ad quod habeo præ manibus authenticam declarationem S. Congreg. Concilij Trid. in Alexandrina Iuriſd. quæ aſſeruatur in Archiuio Epiſcopali in hæc verba.

Die 27. Iunij, & 11. Iulij 1626. Sacra Congreg. Illuſtriſſimorum Card. Concilij Trid. interpretum cenſuit Epiſcopum Alexandrinū habere iuriſdictionem cognoſcendi cauſas criminales delictorum per Abbatem S. Petri de Burgolio, & per Canonicos, & Beneficiatos dictæ Eccleſiæ commiſſorū, & committendorum in Diœceſi Alexandrina, non obſtante Priuilegio, & Exemptione eiuſdem Abbatis, circumſcripta conſuetudine immemorabili. Coſm. Card. de Torres. Fr. Paulutius Secret.

Porrò dictus Abbas, & Canonici, atque Beneficiati, dictæ Eccleſiæ S. Petri habent Priuilegium Leonis X. fel. mem. per quod eximuntur á iuriſdictione Epiſcopi Alexādria, ac aliorum, tam Metropolitanorum, quàm Epiſcoporum, tam ratione delicti, quàm aliás contractus, & rei ſitæ, cum derogatione Conſtit. Bonifatij VIII. quæ eſt in Sexto Decretal. eſtque *cap. Volumus 1. de priuileg. d. lib. 6.* & nihilominus emanauit declaratio á Sacra Congreg. vt ſupra, dum controuerteretur de iuriſdictione inter Illuſtriſsimum D. meum Eraſmum Parauicinum Epiſcopum Alexandrin. & D. Paulum Inuiciatum Abbatem dictæ Eccleſiæ.

DVBIVM LXXIX.

ARGVMENTVM.

Non exempti delinquentes in loco exempto ligantur ſtatutis Epiſcopi.

1 DVbitatur 79. an ſtatutum Epiſcopi liget non exēptos delinquentes in loco exēpto Petr. de Ancar. *in c. á nobis de ſententia excommunicationis*, & in repet. *c. poſtulaſti quæſt. 4. de for. compet. & alij* quos refert Bot. *de Synod. p.3. ar.2. concl. prima verſ. amplia 3. num. 9.* dicit quod perſonæ non exemptæ delinquen. in locis Diœceſis exemptis ligantur ſtatutis Epiſcopi, quia locus exē-

ptus

ptus eſt in Diœc. *c. cum Epiſcopus de off. ordin. in 6.* Eraſm. à Cochier. *de iuriſd. Ordinar. in exemptos, p. 4. q. 55.* vbi *q. 54.* hoc
3 dubium diſputat, † & ſubditus Epiſcopi non poteſt excipere contra intentionem eius de iure communi fundatam *arg. l. loci, §. compe-*
4 *tit, ff. ſi ſer. vendic.* † Item intereſt Epiſcopi, vt malis hominibus ſua Diœceſis purgetur, quæ tamen propter delicta commiſſa in loco
5 exempto turbaretur, † ipſe tamen tenet cum Calder. *in c. 2. de Conſtit. in 6. quē ibi ſequuntur Ioan. Andr. Gemin. Franc. & Zabarel. in repet. illius c. quæſt. 7. & alij, quos ibidem citat*, quod non ligēt quia inquit ſecunda opinio eſt cōmunis, & tenenda, & reſpondet obiectis. benè hic Butr. *nu. 30.*

6 Vnde dat cautelam ad euitandā excommunicationem latā per ſtatuta Epiſcopi contra contrahentes matrimonia clandeſtina, vt ſcilicet volentes contrahere eant ad aliquem locum exemptum à Iuriſdictione Epiſcopi, quamuis non neget quod taliter facientes potęrunt puniri alia pęna, quamuis de hoc dubitet, ità vt veniat in eam ſententiam, vt arbitretur ante factum eſſe excommunicatos, & ligari ſtatuto, nec audet conſulere, vt ſe exponant huiuſmodi periculo: poſt factum verò putat non eſſe excommunicatos, & ſuffragari cautelam; quæ tamen inutilis eſt quo ad contrahendum clandeſtinè ſtante prohibitione Sac. Cōc. Triden. *de reformat. matr. cap. 1. ſeſſ. 24.*

DVBIVM LXXX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt punire delinquentes in ſua Diœceſi, quamuis ipſe erigat tribunal in aliena diœceſi.

1 Dubitatur 80. An poſsit Epiſcopus punire delinquentes in ſua Diœceſi, ſi ipſe erigat Tribunal extrà ſuā Diœceſim Henr. Bot. in tract. *de Synod. p. 2. art. 2. concl. 1. num. 11. verſ. ampliat. 4.* dicit quod Epiſcopus tenens Tribunal in aliena Diœceſi iuxta *Clemen. 1. de for. compet.* poteſt procedere contrà delinquentes intrà ſuam Diœceſim ſecundum ſua ſtatuta Synodalia, ſiue ſtatuta ordinent lites: ſiue decidant cauſas: ſiue puniant, *ſecundum gloſ. in d. c. Clem. 1. §. eiſdem* in verb. *omnimodam de for. compet.* quam ibi ſequuntur *Card. q. 7. & Imol.*

DVBIVM LXXXI.

ARGVMENTVM.

Statutum Epiſcopi, an liget forenſem delinquentem in ſua Diœceſi deciditur, & an delegatus Papæ poſſit citare extra Diœceſim.

1 Dubitatur 81. An Epiſcopus poſsit punire Forenſem delinquentem in ſua Diœceſi. Placet diſtinctio, quam facit Bot. *de Synod. p. 3. art. 2. concl. 1. verſ. limita, & intellige 2. num. 15. & ſeq.* vt
2 inquam, † ſi ſtatutum punit delictum,

ctum, ſiuè loquatur in perſonam,
ſiue in rem, compræhendat Foren-
3 ſes delinquentes in ſua Diœceſi,† ſi
verò huiuſmodi ſtatutum habilitet
ad committendum . non compræ-
4 hendat; † exemplificatur primum
membrum diſtinctionis, in quo cō-
præhenditur Forenſis delinquens,
vt putà, ſi dicat ſtatutum; pro fur-
to ſit excommunicatus, quo caſu
punit delictum : In ſecundo autem
membro, in quo non compræhen-
ditur Forenſis delinquens, exem-
plum eſt, ſi ſtatutum dicat, quili-
bet maior 7. ann. teneatur de cri-
mine, cum de iure communi non
teneatur, niſi ſit doli capax *cap. 1.*
5 *de delict. puer.* † nam ſtatutum
non poteſt habilitare perſonas nō
ſibi ſubditas *l. 1. in fi. ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

6 Sed incidenter quæro an dele-
gatus, à Papa poſsit citare extrà
locum, ſiue Prouinciam ſuæ dele-
gationis, ratio dubitationis eſt,
quia Deleg. Apoſtolicus non po-
teſt procedere extra Ciuitatem, in
qua deputatus fuit *cap. ſtatutum §. in nullo quoque* 11. *de reſcrip. in 6. & ibi ſcribentes*, & ita etiā
deciſum fuit in Curia Archiepiſco-
pali Neapolit. teſte Ric. *in praxi cauſ. deleg. reſolu.* 422. & ante eū
teſtatur Genuen. *in prax. Neapolit. cap. 69. num.* 15. vbi quod De-
leg. à Papa non poteſt procedere
extrà Ciuitatē, vel Diœceſim in qua
fuit deputatus, neque citare par-
tes *contra d. c. ſtatutū de reſcrip.*
7 *§. in nullo in 6.* † Nihilominus cō-
ſtanter tenendum eſt quod Deleg.
exiſtens in ſua Diœceſi, vel Prouin-
cia, aut loco, poterit citare etiam
extrà diœceſim, Prouinc. vel lo-
8 cum, † nec in citatione requiri-
9 tur licentia Ordinarij, † quia *Deleg.* citat vbique ſicut Delegans,
Felin. in c. fin. de for. compet. n. 2. Genuen. vbi ſup. verſ. *exiſtens verò*, & verſ. *nec in citatione*, qui
quamuis ſibi contrarius videatur,
quippe qui *ferè in principio illius num.* 1. dixerat Delegatum non
poſſe procedere extrà Ciuitatem
neque citare partes, nihilominus
ſi bene aduertatur ad ea, quæ di-
cit, recta fiet concluſio, vt poſsit
citare extrà diœceſim, dummodo
non trahat vltrà vnam dietam, vt
habetur *in d. c. ſtatutum de reſcrip. §. cum verò, §. cùm autem & c. præterea de off. deleg.* ita vt
intelligendus ſit, primo loco Ge-
nuen. vt velit annuere non poſſe
citare extra Diœceſim vltrà vnam
dietam, contra diſpoſitionem *d. c. ſtatutum de reſcrip. in 6.* at verò
intra dietam ſic; vel ſecundum Ro-
tam coram Mātica *deciſ.* 352. *n.* 7.
verſ. 4. *non refragatur*, vbi deci-
ſum fuit *ob rationalem cauſam, propter quam in loco decreto commodè perfici non poſſit à Rom. Pōtifice mandatum, poſſe, extrà locū decretum fieri, ne contingat mandatum Apoſtolicum impediri, vel differri* c. ſtatuimus §. idem de
off. deleg. Abb. in c. conſtitutus n. 6.
de fideiuſſ. qui in ſpecie loquitur
quando teſtes ſunt valdè diſtan-
tes, & dicit hanc eſſe notabilem
limitationem ad *d. c. ſtatutum §. in nullo, & ſequitur Rota coram Guidobono deciſ.* 117. *incipien.* In-
dices remiſſoriæ *in fine* .

DVBIVM LXXXII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt punire pro delictis commiſſis extra diœceſim.

1 DVbitatur 82. An Epiſcopus poſſit punire ſubditos pro delictis cōmiſſis extra Diœc. Bot. *de Synod. p.3. art.2. concl.1. n.21. verſ. ampliat.* 8. refert duas opiniones circa hoc, vnam affirmatiuam, quæ eſt Cyn. *in l. cunctos populos C. de ſumm. Trin. & Fid. Cathol. & aliorum, quos ibi refert*; alteram negatiuam, quæ eſt Bar. *in d. l. cunctos populos, poſt Cyn. verſ. mihi autem*, quam tenet ipſe Bott. aſſerens eſſe communem, & ideo tenendam.

DVBIVM LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus ligatur ſuo ſtatuto quoad vim directiuam, non autem quoad coarctatiuam.

1 DVbitatur 83. An Epiſcopus ſtatuens ligetur ſuo ſtatuto Bot. *de Synodo p.3. ar.2. num.26. & 31.* optimè reſpōdet *in amplia. 9. & limit.* 1. Quod Epiſcopus ſtatuens non ligatur ſuo ſtatuto pœnali, & hoc comprobat pluribus doctrinis, & auctoritatibus Dd. aſſerens eſſe communem; loquendo tamen quo ad vim coarctatiuam; † nam quoad vim directiuam, ipſe Epiſcopus ligatur ſtatuto ſuo quoad Deum, ſiuè in foro conſcientiæ *Extrau. Rem non nouam, inter communes, de dol. & contum.* quæ † dicit quod illud, quod dicitur, Principem eſſe ſolutum legibus *l. Princeps legibus*, eſt verum, quoad legem coarctatiuam; ſecùs quoad legem, & vim directiuam, *D. Thom. in 1.2. q.96. ar.1. Rip. lib.2. reſponſ.10. num. 12. & 13. §. fin Inſtit. de inoff. teſt.* † vbi Imperator clamat ſe velle viuere ſecundum leges, licèt ſit ſolutus legibus *tex. in l. digna vox 4. C. de leg. & conſt.*

(Right-column margin numbers for the above: 2 at "contum.", 3 at "Principem eſſe ſolutum" [line: "quod dicitur"], 4 at "† vbi Imperator".)

DVBIVM LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Archiepiſcopus quoad coarctatiuam non ligatur ſtatutis ſui ſuffraganei, quamuis ipſe delinquat in eius diœceſi, ſecus quoad directiuam.

1 DVbitatur 84. an Archiepiſcopus ligetur ſtatutis ſui ſuffraganei. Bott. *De Synod. p.3. art.1. concl.1. verſ. ſubamplia. 1. n. 27.*
2 dicit non ligari, † quia Archiepiſcopus in Diœceſi ſui ſuffraganei habet ordinariam iuriſdictionem
3 metropolitanam, † vnde non efficitur ſubditus Epiſcopi ſi delinquat in eius Diœc. *Felin. in cap. prudentiam verſ. reſpondeo ad an-*
4 *gum. de off. delegati*, † ſecùs eſſet ſi Archiepiſcopus delinquens non eſſet Metropolitanus illius Epiſcopi, quia tunc ligaretur, *gloſ. in Clement. prima* in verb. *procedat.*
5 *de foro compet.* † quæ dicit Epiſcopum delinquentem in aliena

Diœc. poſſe puniri per Epiſcopum illius loci, *& ita vult Hoſtien. in*
6 *cap. primo de maior. & obedient.* † intellige Archiepiſcopum non aſſici quo ad coarctatiuam, ſecus ſic.

DVBIVM LXXXV.

ARGVMENTVM.

Faciens actum prohibitum cum prohibente afficitur prohibitione, niſi prius fuerit diſpenſatum per ipſum ſtatuentem cum eo.

1 Dubitatur 85. An faciens cum Epiſcopo actum prohibitum per eius ſtatutum ligetur. Pulchrum eſt dubiũ, & ſoluit Bot. *in tract. de Synod. P. 3. art. 2. concl. 1. numero 32. verſ. limita, & intellige ſecundò*, & Guliel. Roduan. *de ſimonia p. 2. c. 17. n. 20.* vt, qui cum Epiſcopo facit actum prohibitum per ſuum ſtatutum, & ſic ſit ſocius vel comes eiuſdem,
2 ligetur, † quamuis ipſe Epiſcopus non ligetur, vt dixi ſuperius *dub.* 83. ita Io. Andr. in regul. *cui licet*, quem ibi refert, & ſequitur Franc. circa finem *de reg. iur. in ſexto*, quod tamẽ intelligendũ eſt ſemper quoad coarctatiuam, non autem quoad directiuã vt dixi *d. dub.* 83.

DVBIVM LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Ignorantes quandonam excuſentur à pœnis ſtatutorum.

1 Dubitatur 86. An ſtatuta Epiſcopi ligent ignorantes, diſtinguendum eſt, nam vel loquimur de ignorante ignorantia inuincibili, ſeu probabili, & tunc dicendum eſt quod non ligant, *cap. 2. in princ. de Conſtit. in 6.* quia pœna imponitur à ſtatuto propter contemptum, *Gemin. in d. cap. 2. de conſtit. in 6.* ſed ille, qui ignorat, non contemnit, ideo puniri non debet; Bott. *de Synod. p. 3. art.*
2 *2. concl. 1. num. 17. & 35.* † aut loquimur de ignorante ignorantia craſſa, vel ſupina, ſeu affectata, quæ eſt quando ignoratur quod omnes ſciunt, vel certè non curatur ſciri, quod facilè ſciri poteſt, vel ſciri debet; *Illuſtriſs. Card. Tolet. in Inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 9. n. 10.*

3 Illud tamen notandum eſt, † quod quando factum, ſuper quo ſtatutum eſt, eſſet damnatum de iure communi, ligãtur etiam probabiliter ignorantes, Bartol. *in l. cunctos populos verſ. ſecundò quæ-*
4 *ro C. de ſum. Trin. & Fid. Cath.* † quamuis Io. And. *in d. cap. 2. de conſtit. in 6.* teneat expreſsè contrarium, & placet Iaſoni *in d. l. cunctos populos in 1. lect. verſ. ſecundò ſubtilius* qui dicit quod in iudicando ſequenda eſt hæc opinio veluti benignior; vnde Bott. *vbi ſup. num. 17. verſ. quid tenendum*, dicit primam opinionem eſſe de iure veriorem; ſecundam vero eſſe æquiorem, aſſerens quod ipſe ante factum ſequeretur primam opinionem, ſed poſt factum, & in iudicando amplecteretur ſecundam.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM LXXXVII.

ARGVMENTVM.

Epiſcopi ſtatutum an comprehendat Eccleſiam, & Parochianos, qui ſunt de Eccleſia ſubiecta alij Epiſcopo, quamuis ſit in diœceſi ſtatuentis.

1 DVbitatur 87. vtrum ſtatutum Epiſcopi liget Parochianos, qui tamen ſunt de Parochia alij ſubiecta, ſed exiſtenti in diœceſi ſtatuta facientis. Re vera inuenio Bott. *de Synodo p. 3. art. 2. concluſ. 1. verſ. limita ſecundò concluſionem num.* 43. qui dicit quod *quando alius Epiſcopus haberet aliquam Parochiam ſibi ſubditam in diœceſi Epiſcopi ſtatuta facientis, eo caſu ſtatuta non ligarent ſubditos illius Parochiæ, licet ſint infrà limites ſuæ Diœceſis, quia non ſunt ſubditi ipſius*, per Anchar. *in cap. 1. verſ. ſubijcio quæ-*
2 *ſtionem de conſtit. hæc Bott.*† ſed quia non ſe declarat quomodo poſſit dari caſus vt vna Eccleſia ſit ſubiecta alicui Epiſcopo, & ſit de alterius Diœceſi, ideo ſic ſimpliciter neſcirem adeptare reſpõſum ſufficiens pro eius intelligentia, niſi diſtinguamus, quod aut Epiſcopus habet, vti Epiſcopus, & ſuo iure ordinario, & diœceſano, Eccleſiam Parochialem in aliquo loco, vbi alius Epiſcopus habet & ipſe Parochiam, eodemmet iure; & tunc dixerim ſtatuta Epiſcopi, qui eã Eccleſiam non habet, huiuſmodi Parochianos non ligare, nam talis Eccleſia non dicitur eſſe in diœceſi, nec de diœceſi illius Epiſcopi, ſed prioris, qui Eccleſiam ſubiectam habet: vel ipſe Epiſcopus habet Parochiam ſibi ſubditam, non quidem iure diœceſano, ſed iure alicuius dignitatis ſibi collatæ, vt potè Abbatiæ, & huiuſmodi; & tunc ſubdiſtinguerem, quod ſi huiuſmodi Dignitas eſt exẽpta à iuriſdictione illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſita fortaſſe eſt, niſi ſit nullius Diœceſis, non ligantur, *arg. eorum, quæ dixi in prælud. de Indult. Cardin. dub.* 10. *in mea Praxi.*

DVBIVM LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Statuta punibilia non ligant Minores, ſecus ſi tantum inhabilitant.

1 DVbitatur 88. An Minores ligentur ſtatutis Epiſcopi. Reſp. quod Aut ſtatuta non ſunt punibilia, & inhabilitant tantummodo perſonam, & tunc ligant Minores, quod probat Bott. *de Synodo p. 3. art. 2. concl. 1. num.* 45. *&* 46. Aut ſunt punibilia, & tunc non ligant *Bott. vbi ſup. num.* 44.

DVBIVM LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Statuta Epiſcopi non ligant actu inſeruientes Papæ, etiam in beneficialibus, ſecus eſt de Protonotarijs.

1 **D**Vbitatur 89. An ſtatutum Epiſcopi liget inſeruientes Papæ. D. Io. de Imola *in c. cum dilectus numero 4. de cler. non reſid.* dicit quod conſtitutio inferioris à Papa non ligat ſubditos exiſtentes
2 in ſeruitio Papæ; † quam concluſionem intelligit Bott. *de Synodo part. 3. art. 2. concl. 1. num. 47.* etiam quoad beneficia, quæ ipſi obtinent infrà diœceſim Epiſcopi
3 ſtatuentis, † ſed quoad Protonotarios, & alios reſidentes in curia Romana locum nō habet prædicta concluſio ratione beneficio-
4 rum, † namq; Priuilegia, quæ vigore Eugenianæ Conſtit. quæ incipit *Diuina inter Extrau. communes, de priuil.* aut familiaritatis Cardinalium, competere ſolent, ea in ijs, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent ratione prædictorum beneficiorum, minime intelliguntur, ſed ordinarij iuriſdictioni ſubiecti permanent, ſic decernente Sac. Trid. Conc. *ſeſſ. 24. de refor. cap. 11. verſ. quæ verò.*

D V B I V M XC.

ARGVMENTVM.

Statutum Epiſcopi in cenſuris non ligat in foro cōtentioſo antequam fuerit declaratum quod inciderit.

1 **D**Vbitatur 90. An ſtatutum Epiſcopi liget in foro contentioſo. Henricus Bott. *de Synodo Epiſcopi p. 3. concl. 1. art. 2. verſ. limita ſextò num. 49.* dicit quod in cenſuris latis per ſtatuta Epiſcopi quis non ligatur in foro contentioſo antequam ſit declaratus in eas incidiſſe, ſecundum
2 Petr. de Anchar. *in conſ. 189.* † vbi dicit ſententiam ſtatuti non priuare aliquem exercitio actuum permiſſorum, niſi poſt ſententiam declaratoriam, quod notandum admonet Bott. *vbi ſupra*, quia
3 ſeruit ad multa, † nam inquit mitius agitur cum lege, quam cum homine *l. Celſus ff. de arbitr.*

D V B I V M XCI.

ARGVMENTVM.

Diſſuetudo ſtatuti erroris iuris inducta tenet.

1 **D**Vbitatur 91. An teneat diſſuetudo ſtatuti errore iuris inducta. Bott. *de Synodo p. 3. art. 2. concluſ. prima verſ. amplia. tertiò* concludit affirmatiuè *per l. quod non ratione ff. de legibus.*

D V B I V M XCII.

ARGVMENTVM.

Statuta iurata non ligant iurantem, ſi vtentium moribus non ſunt recepta.

1 **D**Vbitatur 92. An iurans ſeruare ſtatuta teneatur ſeruare ea, quæ vtentium moribus non ſunt recepta. Henricus Bott. *in tract. de Synodo p. 3. concluſ. prima art. 2. verſ. amplia quartò* concludit negatiuè allegans Baldum pro hoc *in proœm. Feud. verſ. item nos dicimus.*

DV-

DVBIVM XCIII.

ARGVMENTVM.

Statuta offuſcata de quorum intellectu probabiliter dubitatur non ligant.

1 DVbitatur 93. vtrum ſtatuta obſcura ligent. Henr. Bott. *de Synodo p. 3. art. 2. concl. 1. verſ. limita* 13. *n.* 83. dicit quod ſi ſtatuta Epiſcopi non ſunt clara, ſed offuſcata, & de eorum intellectu probabiliter dubitatur, non ligant ſecundum *Zabarell. in conſ.* 132. *verſ. ex his infert, & in Clem.*
2 *fi. quæſt.* 4. *de regul.* † qui dicit excuſari ignorantes ius poſitiuum, vel naturale, ſi eſt offuſcatum propter diuerſas opiniones; debet enim ius poſitiuum eſſe clarum
3 *c. erit autem lex* 4. *diſt.* † & legis proprium eſt claritas *§. nos igitur*
4 *in auth. de teſtam. imperfect.* † vnde Bald. *in c. quoniam n.* 13. *not.* 2. *ſequitur Dec. de conſt.* dicit quod ſtatutum obſcurum in cauſis non
5 non debet allegari, † & Innoc. *in cap. per tuas de ſimon.* dicit quod veniens contra legem, quam non intellexit, nec eius ſenſum propter obſcuritatem non percepit,
6 non peccat; † cui conformatur quod notat Bal. *in l. ab eo C. quomodo, & quando iudex*, vbi dicit quod errans in ſubtilitatibus iuris non peccat, quæ plane dicta allegat, & ſequitur Fel. *in cap. nam concupiſcentiam, verſ. quintò*
7 *limita de conſt.* † hinc Abb. *in cap. calumniam in fi. de pœnis*, annuit excuſari litigantem ab expenſis, vbi lex eſt obſcura.
8 Porrò Bott. de Synodo vbi ſupra num. 86. exclamat *Notatu Aduocate hanc limitationem, quia per eam ſaluabis multos Clientes, quoniam aliquorum ſtatuta Epiſcoporum ſunt obfuſcata, & obſcura*. hæc ille.

DVBIVM XCIV.

ARGVMENTVM.

Statutum Epiſcopi priuans beneficijs, intelligitur de beneficijs exiſtentibus in Diœceſi ſtatuentis, ſed non alibi.

1 DVbitatur 94. An ſtatutum priuans beneficijs, intelligatur etiam de beneficijs, quæ habet contraueniens extra diœceſim ſtatuentis. Henr. Bott. *de Synodo p. 3. art. 2. concluſ. 2. verſ. ex hac ampliatione infero*, dicit quod ſtatutum Epiſcopi priuãs aliquem ſuis beneficijs, intelligitur de beneficijs exiſtentibus in loco ſtatuentis, & non alibi: facit, inquit optimè *cap. Si compromiſſarius §. pen. de elect. in 6.* ita Abb. *in cap. poſtulaſti verſ. & ideo, de for. competent.*

DVBIVM XCV.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt diſpenſare contra ſua ſtatuta.

1 DVbitatur 95. An Epiſcopus poſſit diſpenſare contra ſua ſtatuta

ſtatuta Synodalia. Henr. Bott. *de Synodo p.* 3. *art.* 4. *num.* 1. adducit Doct. pro negatiua, & affirmatiua, ac tandem *num.* 3. tenet affirmatiuam, aſſerens Fel. *in c. At ſi clerici §. de adult. de iudic.* atteſtari de communi.

2 Et quod Epiſcopus vel Archiepiſcopus diſpenſare poſſint in legibus Synodi diœceſanæ, ex eo probatur, quia in huiuſmodi Synodis ſunt Superiores, cum illi ſoli leges ferant, illi ſubſcribant, non alij, & iſti Concilio interſint Parochi & & alij, qui nulla condendi leges poteſtate gaudēt, & leges illæ tantum obligent diœceſim, quæ pleno iure ſubeſt Epiſcopis, ſic docent Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *c.* 15. *q.* 3. Sanch. *diſp.* 17. *n.* 33. Soar. *lib.* 6. *de legib. c.* 15. *n.* 8. Baſil. *eſui de matr. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 3. *vbi n.* 4. ampliat vt Epiſcopus in legibus diſpēſandis nō pendeat à Capitulo, *&* *n.* 5. cum Sāch. contra Azor. reprobat illum, limitando quod non poſſit Epiſcopus diſpenſare in legibus à ſe latis, ſi iuramento confirmauerit, *&* *n.* 6. limitat, niſi lex Epiſcopi ſit Synodi diœceſanæ iam confirmatę per Pontificem, intelligendo de vera cōfirmatione cum Salos *diſp.* 20. *ſect.* 3. *diffic.* 11. *de leg.* & idem *ſupp. n.* 6. limitat, niſi & conſtitutio tranſiuerit in contractum, intelligendo prout illi & Salos *d. diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 47. *limit.* 1.

3 Notandum eſt præterea *ex D. Petro Antonio Lazario de monit.* quod ſi Epiſcopus per ſtatutum proferret ſententiam, ſemper durat, quia ſtatuta Epiſcopi, inquit, ſemper durant *ad trad. per Abb. in cap. à nobis & c. fi. de off. leg. prax.*
4 *Neap. c.* 1. *not.* 17. † ſecus ait eſſe de ſtatutis Vicarij, quia eius morte, vel remotione ab officio expirant, etenim non poſſunt facere Vicarij niſi quaſdam ordinationes pro tempore ſui officij, quo finito expirant: *Bart. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. Afflict.*
5 deciſ. 290. † Sed hoc vltimum declarandum arbitror, non debere ſic intelligi, vbi ſtatutum Vicarij factum fuit in Synodo, quia tunc videtur factum authoritate Epi-
6 ſcopi † & quod aliena facimus auctoritate noſtrum nō eſt *vul. iur.*

DVBIVM XCVI.

ARGVMENTVM.

Subiectio non habet formam certam ac iure, & ex vocatione ad Synodum non probatur, niſi probetur quod vocatus acceſſerit tanquam Subditus.

1 Dixi ſuperius *in* 3. *cap. d.* 1. *n.* 2. *& cap.* 4. *dub.* 6. *num.* 48. quod ire ad Synodum eſt ſignum ſubiectionis *per c. fi. de cauſ. poſſeſ.* Dubitatur nihilominus, an adeò probetur ſubiectio ex huiuſmodi actu, vt nulla alia ſit opus probatione. Libenter hoc dubium excitaui, ne caperetur error ex iam dictis: & pro reſolutione breuiter concludo, quod Subiectio non probatur ex vocatione ad Synodum, niſi conſtet quod fuerit quis vocatus vti ſubiectus, & quod vti ta-
2 lis paruerit; † nam ſubiectio non habet certam formam à iure, ſed eam

eam ſumit à conſuetudine, *Archid.*
3 *in c. plures in princip. 16. q. 1. n. 1.* † Vnde ex certis actibus non infertur ad alios, ſed debent ad illos
4 tantum reduci; † nec ſubiectio præſcribitur minori ſpatio quam 40. annorum, vti reſolutum fuit *in vna Bergomen. liberationis à ſubiectione 19. menſis Febr. 1601. coram fœl. rec. Greg. XV. tūc Rot. Audit. & eſt deciſio 17.* quæ fuit deinde confirmata *coram R. P. D.*
5 *Manzan. 10. Dec. 1608.* † vbi quæritur, an ſit probatum Rectorem Eccl. Paroc. S. Seueri teneri accedere ad Eccleſiam Cluſoni, & aſſiſtere Benedictioni fontis, & Celebrationi officij in die Sabbati Sancti, & ab eadem accipere ſanctum Oleum, & concluſum fuit non fuiſſe ſufficienter probatum.

DVBIVM XCVII.

ARGVMENTVM.

Statuta Epiſcopi non dicuntur ſtatuta Canonum.

1 VIdimus Epiſcopum poſſe facere ſtatuta *ſuperius dub. 41. iſto cap.* Etenim Sac. Can. illud concedunt *c. quod ſuper his & cap. ſi quis contrauenerit de ma. & obed. l. nulli C. de ſent. & interloc. l. 2. §. is datur. ff. de iudic. Bal. in rubr. de conſtit. n. 10.* Modo hoc 97. loco dubitatur. An poſſit Epiſcopus in ſtatuto quamuis pœnam apponere; & an huiuſmodi Epiſcopi ſtatuta dicantur ſtatuta Canonum. Quoad primum membrum dubij reſpondetur cum Baldo *vbi ſupra*, quod Epiſcopus poteſt facere ſtatutum in ſuo Epiſcopatu, imponendo pœnam cenſuræ *c. vt animarum. §. ſtatutis de reſcript. in 6.* ſed non pecuniariam, quia non reperitur lege cautum.

2 Hoc tamen intellige prout notaui ſuperius *dub. 60. n. 11.* vt parcè vtantur Epiſcopi cenſuris, videlicet, ne ipſo facto illas infligēt, ſed potius illas tantū comminentur.

3 Quoad ſecundum membrū, ſatis clarè videtur loqui Archidiaconus *in d. c. vt animarum col. 2. in princ. ipſius columna*, quod Epiſcopus auctoritatem habet Canonem faciendi, à quo nullus excluditur, vnde ille, qui contrauenit ipſi Canoni per Epiſcopum condito, dicitur ligari ſententia
4 Papæ; † vnde concludit ex iſta ratione, quod Archiepiſcopus liga-
5 tur ſtatuto ſui ſuffraganei, † nam, inquit, Regula, quæ habet quod Inferior Superiorem ligare non poteſt, fallit cum Maior delinquit in iuriſdictione Minoris *C. vbi de cri. agi. cum Auth. qua in prouincia.*

6 Quinimò dicit quod etiam credit, quod ſi Epiſcopus, qui fecit ſtatutum, delinquat in ſua Ciuitate, vel Diœceſi, ligatur & ipſe, quippequi non dicetur ligatus ſua ſententia, ſed quidem iuris, ſuper factum damnatum promulgati.

7 Sed Butrius *ibidem n. 33. poſt Laur. Gofr. & Io. Andr. ac Io. Cald. in c. 1. de rap. quæſt. 7. & in c. cui licet de regulis iur. in Mercur. qui contrarium tenent* reſpondet obiectis, quoad Archiepiſco-

Digitized by Google

piſcopum Metropolitanum ſtatuẽtis, & ipſummet ſtatuentem, vt
8 non ligentur, † cui adſtipulari videntur etiam notata per Baldum *in c. Canonum n.4. de conſtit.* vbi quærit an ſtatutum Epiſcopi dicatur ſtatutum Canonum (loquendo de ſtatuto valido) & dicit
9 quod videtur quod ſic, † quia omnia noſtra ſunt, quæ noſtra auctoritate ſubſiſtunt *l. 1. §. omnia. C. de vet. iur. enucl.* ſed ſoluit, quod quòad diſpoſitum ſunt diuerſa, quamquam auctoritas diſponentis influat ſuper diſpoſitum à ſtatuto;
10 † porrò aliud eſt, inquit, permittere, aliud facere. *l. ſi pater. §. fi. ff. de manumiſſ. vindic. l. omnium. C. de teſtam.* dixi in *dub. 83. & 85. iſto capitulo.*

DVBIVM XCVIII.

ARGVMENTVM.

Statutum Capituli, confirmatum à Papa ad poſtulationem Capituli, poteſt tolli per factum capituli, inconſulto Papa.

1 Diximus ſuperius *d. 48. in iſto c. 4.* quod Capitulum poteſt facere ſtatuta, modò dubitatur hoc 98. loco; An poſſit Capitulum tollere ſtatutum confirmatum à Papa ad ipſius Capituli poſtulationem, inconſulto D. Papa. Hoc dubium excitat Baldus *in c. cum acceſſiſſent n. 4. de conſtit.* & reſoluit affirmatiuè arguendo à *l. 2. C. de iur. domin. imper.*

DVBIVM XCIX.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt Synodum tribus, vel paucioribus ſeſſionibus expedire.

1 Dvbitatur 99. An in Synodo Diœc. obeundæ ſint tres Seſſiones, an verò Epiſcopus poſſit ad libitum abbreuiare, vel protrahere actiones Synodales; Pontificale Rom. omnem tollit de hoc ambigendi locum, vt ſcilicet, liceat Epiſcopo vnam, vel plures obire Seſſiones, id quod etiam cauetur Conc. Prou. 5. Mediol. *tit. quæ ad Synodum &c. attinet §. Synodali.*

DVBIVM C.

ARGVMENTVM.

Synodus clauditur & dimittitur cũ Benedictione Epiſcopi, nec Decreta in Synodo condita ſunt præſentanda Sac. Congregationi.

1 Qværitur vltimò pro complemento huius tractatus, quomodo ſit claudenda, & dimittenda Synodus, & an poſſint publicari Decreta Synodi Diœceſanæ, niſi prius fuerint præſentata Sedi Apoſtolicæ, & ab eadem
2 probata, † ſicuti publicari non debet Decreta Synodi Prouincialis inconſulto Romano Pontifice. D. Paulus Piaſecius *in ſua praxi Epiſcopali p. 2. cap. 2. verſ. expeditis num. 11.* dicit quod expeditis negotijs Synodi, Notarius legit

git nomina abſentium, qui per litteras, nuntioſuè abſentiam ſuam non excuſarunt, & Epiſcopus pronuntiat illos contumaces, pœnaſq; decernit per ipſos infrà certum tempus luendas, & priuſquàm Synodus dimittatur, fiunt Acclamationes cum gratiarum actione, iuxtà ritum Pontificalis, & accedũt ſinguli iterum ad oſculum manus Epiſcopi, illudq; ſibi ad inuicem dant in charitate.

Interim Archidiaconus verbis in Pontificali præſcriptis concluſam Synodum dimitti ſignificat; de quo ſuo loco infra in forma habendi Synodum.

3 Quò verò ad alterũ membrum quæſitus, affert idem Piaſecius, vbi ſupra, reſponſum datum à Sac. Congreg. Conc. hiſce verbis.

4 *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. vti Fr. Epiſcopo Hoſtienſi.*

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. vti Fr. Non eſt in more poſitum apud patres Illuſtriſſimos, qui Trid. Conc. decretis interpretandis præfecti ſunt, Diœceſanas Synodos recognoſcere, ſed Prouinciales tantum emendare; quare vt voluntati, atque Paſtorali A. tuæ zelo in tuæ Synodi correctione quoquo modo ſatis per me fieret, illud pro mea in te, & Eccleſiam tuam charitate mihi ſumpſi, vt Synodum ipſam percurrerem, ſimulque ea adnotarem, quæ notatu digna viſa ſunt, quemadmodum licebit, in extremis ipſius Synodi pagellis, vbi noſtras animaduerſiones adſcripſerimus, inſpicere. Quod ſupereſt, Tu, Cleruſq. tuus, in tot ſalutarium conſtitutionum obſeruationes nauiter incumbite; Memores vnam, optimamq; legem eſſe legum obſeruantiam. Valete in Domino. Romæ Prid. Calen. Decembr. 1586. A.T. vti Fr.

A Card. Caraſa.

CAPVT V.

Qua ratione, vel formula habenda ſit Diœceſana Synodus.

QVia illud ſummopere curare debet Epiſcopus vt tum in omnibus, tum maximè in actionibus Synodalibus, procul ſint perturbationes, & tumultus, id quòd ſæpenumero parturit nouarum conſtitutionum editio; conſultiſſimum idcirco erit Epiſcopis, antequam ad huiuſmodi celebrationem Synodi accedant, aliquas coram ſe cõuocare Cõgregationes, in quibus interueniãt aliqui electi ad id à Capitulo, & Vicarij Foranei, Generaleſq. Procuratores Cleri, & alij, quos voluerit Epiſcopus.

Porrò biduò, aut triduò ante diem Synodi, Epiſcopus huiuſmodi Congregationem conuocabit, Actioneſq. Synodales diſponet.

Primò itaque prçſcribet horam conueniendi ad Synodum.

Qui Subdiaconi, Diaconi, & Aſſiſtentis munere fungi debeant.

Promotores duos iuriſperitos, aut alioqui idoneos, & graues, vnum de Clero vrbano, alterum de Diœceſano.

Vnum, aut duos, qui abſentium excuſationes recipiant & cognoſcãt.

Vnum, qui Decreta Synodi legat.

Vnum ſaltem, qui querelas, controuerſias & accuſationes eo nomine audiat, & Epiſcopo referat.
Notarium, qui ſe de Synodalibus actis roget.
Examinatores ad minus ſex.
Iudices cauſarum quatuor ſaltem.
Vicarios forareos.
Teſtes Synodales ſaltem vnum pro vnaquaq. regione.
Puntatores in Cathedrali & Collegiatis.
Confeſſarios pro Clericis.
Priores doctrinæ Chriſtianæ.

Tum fiat Cathalogus.

Omniū, qui de iure vel cõſuetudine tenentur intereſſe Synodo.
Omnium, qui Fidei profeſsionem emittere tenentur in Synodo.
Omnium, qui tenentur reſidere.
Omnium confeſſariorum Ciuitatis & Diœceſis.
Omnium Parochorum ſæcularium & regularium.
Omnium Beneficiorum liberæ collationis, vel iuriſpatronatus.
Omnium Dignitatum, & Collegiatarum Eccleſiarum.
Super omnia autem legantur Conſtitutiones, ſiue ſtatuta, quæ Epiſcopus in Synodo de nouo condere intenderit.
Alia proponantur, quæ Epiſcopus pro ſua prudentia, & arbitrio ibi tractare decreuerit.

De diſpoſitione Actionum Synodalium.

Adueniente die præſtituta celebrandæ Synodi, Sacerdotes, & Clerici, qui ad Synodum de iure, vel conſuetudine ire tenentur, debebunt omninò conuenire in Ciuitate, vel alio loco, prout Pontifex ordinauerit, hora indicta, vbi Pontifex à Clero vniuerſo cum Superpeliceis comitatus & ſibi aſſiſtente, Synodalibus actionibus initium dabit in Domino; præmiſſa Allocutione vt in Pontificali, aut aliàs aliquo pio Sermone, ſiue per Epiſcopum, ſiue per aliquem pium, eruditum virum, de Diuinis Myſterijs, & morum correctione.

De Lectore Synodalium actuum & Decretorum.

Habito ſermone, ſiue allocutione vt ſupra; Lector accedet ad Epiſcopū, ſiue Synodi Prçſidētem, & humiliter accipiet de eius manu librum, in quo continentur actiones Synodales, necnon & Decreta in ipſa Synodo publicanda; de eoq. clara, alta, & intelligibili voce, promulgabit omnia in Synodo euulganda.
Is porrò eſſe deberet Archidiaconus Cathedralis, aut, in illius defectum, vel impotentiam, Diaconus, qui Epiſcopo inſeruiuerit, aut alius Canonicus, vel Dignitas eiuſdem Cathedralis magis aptus.

De Initio Synodi.

Synodus, cum ſit congregatio totius Cleri in Domino congregata, debet & illius initium ſumi, ab inuocatione Sanctiſsimæ Trinitatis, quæ eſt fons omnium bonorum

norum, & à qua Charitatis & Bonitatis dona deſcendunt. Inchoabitur igitur Synodus vt ſequitur.

In Nomine Sanctiſsimæ &c. Subinde euulgabuntur Acta, & Decreta ex formula vt infra.

De fidei profeſſione.

FIdei profeſsio debet emitti iuxta articulos à ſanctæ mem. Pio IV. præſcriptos ab omnibus, qui poſt Synodum poſtremã beneficia obtinuerunt, aut aliàs ea ratione in Synodo nunquam illam emiſerunt.

De Examinatoribus & Iudicibus Synodalibus.

EXaminatores, qui prouidendos de Parochialibus examinare debebunt, debent omnino eſſe Magiſtri in Theol. aut Doctores, vel ſaltem Licẽtiati in iure Canonico, ſi extent in Synodo, alioquin alij, etiam ordinis Mendicantium ad id apti, aſſumi poterunt.

Iudices item, quibus delegandæ erunt cauſę à Sancta ſede Apoſtolica, vel eius Legatis, debent omnino eſſe in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti, aut Perſonatum obtinentes, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici, nec refert quod fortè non ſint Doctores.

Canonici Regulares, aut Monachi, etiam ſi ſint in Cathedrali Eccleſia, non ſunt capaces delegationum Apoſtolicarum ex *Archid. Gemin. & Eutr. in c. ſtatutum 11. de reſcrip. in 6.*

Canonici Collegiatarum, etiam Inſignium alioqui Doctores non poſſunt conſtitui Iudices Synodales, etiamſi nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis & inter obtinentes dignitates.

De ratione proponendi Examinatores & Iudices.

DVppliciter poterunt proponi Examinatores, & Iudices in Synodo: Vel imprimendo eorũ nomina in ſchedulis, quarum vna ſingulis vocalibus danda erit, vt, ex in ea deſcriptis, eos reprobent, vel approbẽt, quos maluerint, & deinde complicata ſchedula ipſa inijciatur in Vrnam, quam tenebit Præfectus recognitionis huiuſmodi.

Vel proponantur nominatim, & Archidiaconus interroget Synodum an ſibi placeant, & hæc eſt breuior, & expeditior.

De iuramento Examinatorum.

EXaminatores iurare debent ad Sacroſancta Dei Euangelia. Porrò illud iuramentum poterit etiam præſtari extra Synodum in manibus Ordinarij, imò vel ſolius Notarij.

De Conſtitutionibus.

COnſtitutiones & Decreta in Synodo publicanda, non eſt neceſſe quod legantur de verbo, ſed poſſunt etiam compilatim euulgari; nam ſufficit ſi legantur ſubſtantialia.

Digitized by Google

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus in Synodo, & Superior Regularis in Capitulo, nullatenus poſſunt Miſſarum onera ad pauciorum numerum reducere, ſtantibus Decretis Sac. Congreg. Conc. Trid. niſi aliter caueatur in fundationibus, quo caſu Sac. Congreg. illas in ſuo robore eſſe declarauit.

1 ANtequam manum admoueamus ad formulam habendi Synodum, quia diximus *in dub.* 1. *n.*2. *cap.*4. quod Epiſcopus, etiam ex ea cauſa, Synodum celebrat, vt poſſit prouidere circa numerum Miſſarũ, iuxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. c.*4. hodie verò emanarunt Decreta Sac. Cõgregationis eiuſdem Conc. Trid. ædita authoritate Sanctiſſimi D. N. D. Vrbani Papæ VIII. de anno 1625. cum Declarationibus aliquot eiuſdem Sac. Cõgregationis eadem authoritate editis ſuper dictis decretis de anno 1626. Opere pretium duxi hæc illa de verbo referre, ex quibus iam liquet, quòd neque Epiſcopus in Synodo; neque Superior Regularis in Capitulo, amplius poteſt miſſarum onera reducere; & ſunt in hæc verba.

Decreta S. Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. authoritate edita de celebratione miſſarum anno 1625.

1 CVm ſæpè contingat, in quibuſdam Eccleſijs tàm magnum Miſſarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri; & tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeq; fiat, vt depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragijs priuentur, Eccleſijs debitus ſubtrahatur cultus; ac Chriſti fideles grauì ſcandalo affecti, plerunquè à ſimilibus charitatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd ij, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas breui ad pauciorem numerũ à Superioribus reductum iri; aut quòd Eccleſijs, forte pecuniarum abſumpta, plerumq; nuda remaneant onera Miſſarum abſque vllo emolumento; aut quòd eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe muneri ſubijcere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro neceſſaria ſua ſuſten-

ſuſtentatione nouis ſe oneribus obſtringere compellantur: *Sacra congregatio Card. Conc. Trid. interpretum* animaduertens, facturam ſe rem Deo gratiſsimam, charitatiq; ac Iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica conuellere, atquè eradicare: *Sanctiſsimi D. N. Vrbani* Diuina prouidentia PP. VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta Decreta edidit.

2 Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas cõtra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

3 Deindè, vbi pro pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuſcunque tàm ſecularibus, quam regularibus, *Sacræ congregatio* ſub obteſtatione Diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; itaut alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

4 Id verò vt deinceps obſeruetur exactiùs, *Sac. Congregatio* eadem authoritate reuocat Priuilegia, & Indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſijs, ac Locis pijs, tam Secularibus, quam Regularibus, cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

5 Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, nè eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

6 Prætereà, ne in Eccleſijs, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta; ſtatuit, atque decernit, vt

vt pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus, tàm Secularibus, quàm Regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penes ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeu illorum pretium quamprimum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium ſub eadem pœna, vt ſuprà, deponi, atque in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

7 Ad hæc *Sac. Congregatio* quibuſuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm ſecularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, *nè impoſterùm onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, Sæculares quidem ſinè Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſinè Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda*; alioquin Secularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eò ipsò: Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cæterò obtinenda, vocisq; actiuæ, ac paſſiuæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſsis celebrandis ità demùm ijdem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint vt noua quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſijs cum inſcriptione illa, *Eleemoſyna pro Miſſis*, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, nè fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarũ obligationibus cuiq; Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes, tàm nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Eccefijs, & locis pijs relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundum morem cuiuſque Ciui-

Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in Nouiſſimo Die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe redditurος.

8 Poſtremò *Illuſtriſs. Patres*, non ſine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ Regularem diſciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quã ferant redditus, & eleemoſynæ cuiuſque Monaſterij inhærentes, Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilij decretis hac de re editis, Sanctiſſimi D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis Vicarijs, & quibuſcunque alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, ac Domorum regularium bona immobilia poſsidentium, vel non poſſidentium, cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obuentiones, tàm communes Monaſteriorum, Conuentuum, & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliaue cuiuſlibet generis onera conſueuerunt abſorbere, eaque omnia ſcripto fidliter exarata, idem Superior, cuius intereſt, in proximo Capitulo, ſeù Congregatione generali, vel prouinciali, coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus vniuerſis, & oneribus, vt ſupra, detractis, ſedulò examinent, quot Religioſi homines, cõnumeratis etiam laicis, alijſq; neceſſarijs ſeruientibus, in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprij inſtituti morem victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, & competenter valeant ſuſtentari. Tum eorundem bonorum redditutuum, eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeãt, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſque familia, Monaſterij, Conuentus, ac Domus regularis in ſingula quaque Prouincia certus earum tantum perſonarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus, vt ſuperiùs

periùs, ſufficienter ali poſſint. Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſeniùs, aut remiſsius, quam par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat *Sac. Congregatio*, vt infra annum, poſt proximum Capitulum generale, vel prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta ad Sacram ipſam Congregationem Concilij ſinguli mittant, numerumq; familiæ, ſingulorumq; Conuentuum, Monaſteriorum, & Domorum huiuſmodi regularium, Capituli, ſeù Congregationis generalis, vel prouincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò ſeruare omninò teneantur, nec poſsint illum quoquò modo agere, etiam prætextu augumenti redditum, abſque Sacræ Congregationis licentia. Superiores autem huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, vt ſuprà præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebũt, vocisq. actiuæ, ac paſsiuæ, & ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque alijs etiã grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Cõgregatio ſubiacere voluit, & declarauit.

9 Deinceps verò Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, Societas Religioſorum, ſeù Regularium, nullibi recipiatur, niſi, præter alia ad id requiſita, in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, vt ſuprà, detrahendis competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fœl. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſuprà, ſuſtentari, atquè inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

10 Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, ſeù deſuetudinem abeant, Superiores locales cuiuſq; Monaſterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna priuationis officij, vociſq; actiuæ, & paſsiuæ ipſo facto incurrenda, vt in perpetuum, ſexto quoque menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Aduentus, & feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti præſentes Ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocumque honore, ac poteſtate, præditis præſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

11 Non obſtantibus quòad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo-

Apoſtolicis in fauorem quarumcumque perſonarum, atquè Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S.Io.Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuſlibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam ſæcularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & cõnſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla Aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Cõgregatio Sanctitatis ſuæ authoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

12 Et nè præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit voluit eadem *Sacra Congregatio*, vt præſentes Ordinationes in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, Vtq. earundem præſentiũ tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeantur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ die 21. Iunij 1625.

Coſmus Card. de Torres.

loco † ſigilli.

Proſper Fagnanus Sac. Cong. Secr.

Anno D.N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autem in Chriſto Patris, & D.N. D. Vrbani Diuina prouidentia PP. Octaui, Anno eius Tertio, die verò vigeſima ſecunda menſis Septembris, ſuprascripta Decreta affixa, & publicata fuerũt, ad valuas Baſilicarum S.Io. Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt per nos Camillum Fundatum, & Fabbium Emilianum Sanctiſs. D.N. PP. Curſ.

Brandimartes Latinus Prælibati Sanctiſs. D.N. PP. ac S.Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Curſor pro Mag. DD. Curſ.

Declarationes aliquot Sacræ Cõgregationis Concilij S.D.N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate editæ ſuper Decretis eiuſdem Congregationis, de Celebratione Miſſarum, anno 1626.

SVper primo Sacræ Congregationis decreto, *de celebratione Miſsarum*, quo prohibetur, ne Epiſcopi in diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliâs quoquomodo, reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

1 Quæritur, quid ſi legatum ſit ità tenue, vt non ſit, qui velit onus illi iniunctum ſubire, &, ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumẽdum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs.

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, vt poſſit huiuſmodi onera moderari.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, authoritate ſibi à Sanctiſs. D. N. attributa, ad ſingula dubia inferiùs propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum, etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt ſuprà, impoſiti, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe iudicauerit; Veruntamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam.

2 Secundò, ſuper ſecundo eiuſdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint.

Quæritur: an verba illa *præſcripta fuerint* intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

3 Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam iuxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruo, teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare.

Ad Tertium, teneri.

4 Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù capellæ, legati, aut ſalarij.

ſalarij, poſsint etiam manualem eleemoſynam, pro Miſsis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Miſſæ Sacrificio vtrique oneri ſatisfacere?

Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù cappellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſsis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatiſfacere.

5 Quintò, Poſito, quòd Teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Miſſæ, abſquè vlla præſcriptione eleemoſynæ: Quæritur, an liberũ ſit hæredibus, eleemoſynam ſibi bene viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Ad quintum, cenſuit, vbi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

6 Sextò, ſuper tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Quæritur, An verba (*in futurum ſuſcipiendis*) intelligenda ſint de oneribus, ſuſcipiendis poſt Priuilegium.

Ad Sextum, Ita eſſe intelligenda.

7 Septimò, ſuper Quarto eiuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarũ, vt retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutẽtionis Eccleſiæ, Altarium, inſeruientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium.

Ad Septimum, reſpondit, permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca Pia, ſeù illorum Adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarũ celebrandarum, vllam vtcumq; minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt, expenſis vt ſuprà deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

8 Octauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, ideſt, An Rector Beneficij, qui poteſt per aliũ celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti

lebranti dare ſtipendium ad rationem redditum Beneficij.

Ad Octauum non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit.

9 Nonò, An Sacerdotes, quibus aliquandò offertur eleemoſyna maior ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eamdem integram eleemoſynam ijs, quibus Miſſas celebrandas committunt: An verò ſatis ſit, vt dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam.

Ad Nonum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.

10 Decimò ſuper quinto eiuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba, Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ità demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat abſolutè, quò minùs accipiant nouas eleemoſynas ij, qui acceptis non ſatisfecerunt: & quid ſi congruo tempore poſsint omnibus ſatisfacere?

Ad Decimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac propterea, etſi oneribus iam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen noua etiàm onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

11 Vndecimò, quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat vt Sacerdos Miſſam celebret cum primùm poterit?

Ad vndecimum, quamuis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, vt illæ tunc demùm celebrentur, cùm ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit, decretum non prohibere, quò minus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro ijſdem Miſsis iuxta benefactoris conſenſum celebrandis.

12 Duodecimò, An pœna interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſijs, vt ibidem præcipitur?

Ad duodecimum, has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſinè licentia Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

13 Decimotertiò, An in hoc decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (caſſe de Morti)?

Ad decimumtertiũ, Comprehẽdi.

14 Decimoquartò, An adminiſtratores

tores

tores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro Miſsis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſsis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, nè aliàs cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuātur?

Ad decimumquartum, Non poſſe, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuunt, vt ſupra in reſponſione ad duodecimum.

15 Decimoquintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm ſæcularium, quàm regularium, ſuperioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videtur ſub clauſula generali (*& alijs, ad quos pertinet*) ſupplicatur pro opportuna declaratione

Ad decimumquintum, comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

16 Decimoſextò, ſuper ſeptimo eiuſdem Sacræ Cōgregationis decreto, quo cauetur, vt in ſingulis Monaſterijs religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſsit ſuſtentari.

Quęritur, An vbi hęc pręfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti San. mem. Pauli V. abſque tamen cōputatione redditu um cuiuſq; religioſi, ſit denuò facienda, nec ne?

Ad decimumſextum, numeri præfixionem eſſe iterum faciendam ſeruata forma vltimi decreti hac de re editi.

17 Decimoſeptimò, An Nouitij, ad habitum Regularem admiſsi, poſsint admitti ad profeſsionem in Monaſterijs, in quibus, habita vt ſuprà præfixione numeri, commodè ali non poſſunt?

Ad decimumſeptimum, eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi aliàs habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio Monaſterio eiuſdem religionis eſſe collocandos, vbi commodè ali poſſint.

18 Decimooctauò, ſuper vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ità vt alioquin ſubſint Iuriſdictioni ordinariæ.

Quæritur, An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprahēdat eas Religiones, quę non conſueuerunt onera Miſſarum recipere, vt ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Ieſu?

Ad decimumoctauum, Cenſuit comprehendere.

19 Vltimò, An idem decretum, vbi diſponit, vt nullibi recipiātur Monaſteria, niſi &c. habeat locum in Italia dūtaxat, ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an verò etiàm extra Italiam.

Ad vltimum, habere locum etiam extrà Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Loco † ſigilli.

Proſper Fagnanus S. Congreg. Secr.

Præmiſſæ declarationes de verbo relatæ ſunt, excepto quod vnicuiq. dubio reſponſum commoditatis gratia ſubmiſſum eſt.

DE-

DECISIONES PRÆTERMISSÆ.

ARGVMENTVM.

Qui locus aſſignandus ſit Canonicis Cathedralium, vel Collegiatarum, quiuè Procuratori, qui pro aliquo interuenit in Synodo, deciditur.

RE*cenſui in iſto tractatu de Synodo ſuperius* in cap.4.dub.6.*quo ordine ſedendum ſit in Synodo, & inter cætera dixi* ibi n.73. *nono loco ſedere debere Canonicos Cathedralis, & decimo Canonicos Collegiatarum, quæ concluſio quia poteſt firmari deciſ. Sac. Rotæ, idcircò ab re non putaui hic infraſcriptas referre deciſ. in materia Synodi coram Illuſtriſſ. D. meo Coccino Decano expeditas, ex quibus etiam colligitur. An in Synodo dandus ſit locus Procuratori, qui aliàs competeret Principali ſi adeſſet, poteruntq. congruenter addi dicto num.n.73.*

Cæſarauguſtana Synodi Veneris 13. Februarij, 1626.

CVm cauſa ſuper negotio principali inter Eccleſiam S.Saluatoris Cathedralem Metropolitanam, & Eccleſiam B.Virginis del Pilar Collegiatam, quæ antiquitus prætendit fuiſſe Cathedralem, pendeat in Rota; placuit Sac. Congregationi Concilij reijcere ad Rotam diſcutiendum hoc dubium. *Quis ſcilicet locus debeat aſſignari in Synodo Diœceſana Capitulo Cathedralis, & Capitulo B.Virginis del Pilar;* & per me propoſito dubio Domini cenſuerunt locũ digniorem aſſignandum eſſe Capitulo Eccleſiæ S.Sal-
1 uatoris,† quia cum tanquam Cathedralis ſit dignior, *cap. venerabili in fine, vbi gloſ. in princ. de verb. ſignif. cap. cum Canonicis, & ibi Abb. in primo notab. de cenſib. & in cap. ex parte il 2. num. 1. de reſcript.* meritò ſublimior locus ei aſſignandus eſt, *cap. ſtatuimus de maior. & obed. l. 1. ff. de alb. ſcriben. l. fin. C. vt dignit. ord. ſeru. Felyn. in cap. Paſtoralis, num.4. verſ. fallit 4. de reſcript. Gemin. in cap. quamuis, §. quanquam num. 3. de præb. in 6. Boer. de author. mag. conſ. num.*
2 78. & in puncto, quod Capitulum Eccleſiæ Cathedralis in Synodo debeat præcedere, dicunt Henr. Botte. *de Synodo part. 3. num. 27.* Io. Franc. Leo. *in Theſaur. for. Eccleſ. part. 1. de Synodo cap. 9. n. 4.*
3 Et hæc ſententia fundatur optima ratione, quia Canonici Eccleſiæ Cathedralis dicuntur Fratres Epiſcopi, *Abb. in cap. nouit*
4 *de his, quæ fiunt à Præl.* † & cum Epiſcopus ſit caput Capituli, mẽbra non debent à capite ſeparari, *cap. 1. diſtinct. 12. Felyn. in cap. Paſtoralis, num. 10. de off. deleg. ſanct. mem. Greg. deciſ. 284. n. 2.*
5 *& 3. & ibi Adden.* † hinc conſuluit Menoch. *conſ. 51. per tot. & conſ. 257.* quod Vicarius non poteſt interponi inter Epiſcopum, & Capitulum, ea ratione, quia inter Epiſcopum, & Canonicos nulla poteſt dari intermedia perſona.

hoc

hoc prohibente iure naturali; nè membra ſeparentur à capite *per text. clarum, in cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capituli* Monach. *in cap. Romana, n. 9. de ſent. excom. in 6.* † Quæ
6 ratio eſt verisſima, & quicquid ſit an applicetur quando Vicarius interponitur inter Epiſcopum, & Capitulum, certè benè applicatur quando alius ſe vult interponere, vt in caſu, de quo agitur.

7 Et vltra prædictam iuris aſſiſtentiam Capitulum Cathedralis iuuatur *ex laudo lato de anno* 1513. per Archiepiſcopum Alphõſum de Aragonia poſtea etiam emologato, in quo *die* 24. *Octobris* omnimoda præcedentia declaratur pro Eccleſia S. Saluatoris, vt patet ibi *Eccleſiam Beatæ Mariæ de Pilari teneri, & obligatam fore ad recognoſcendum, habendum, & tenendum Eccleſiam Cathedralem S. Saluatoris in Matrem, Superiorem, & Magiſtram, honorem, & reuerentiam eidem (prout de iure tenetur, & obligatur) præſtando, &c.* Et rurſus *die* 30. *Nouembris eiuſdem anni* aſſumẽdo alias prætenſi, declaratur circa præcedentiam Prioris vtriuſque Eccleſiæ in Choro Eccleſiæ S. Saluatoris, & eius Proceſſionibus ſeruandas eſſe ſententias Sanctij, & Dalmatij Epiſcoporum: in alijs autem caſibus extra illos, omninò præferri Priorem Cathedralis: ibi *in alijs verò Congregationibus, & actibus, & extra caſus ſententiarum Sanctij, & Dalmatij tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, in quibus prædicti Priores ſuarum nomine Dignitatum interuenerint, ſeu vocati fuerint; Prior Sedis, tanquam maior, & prima Dignitas poſt Pontificalem, præcedat Priorem del Pilar, & honorabiliorem locum teneat, &c.* & propterea cum agatur de Synodo, iſtud laudum fauet Capitulo Cathedralis Sancti Saluatoris; cũ ſentẽtia Sanctij de anno 1221. & ſententia Dalmatij de anno 1448. loquantur tantum de præcedentia in Choro, & Proceſſionibus quãdo in certis feſtiuitatibus Eccleſia del Pilar ad proceſsiones accedit; & propterea cum non loquatur de Synodo, exceptuatio in laudo quoad contenta in dictis ſententijs reſpectu Synodi non ſuffragatur, *Bart. in l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct. Alex. in l. fin. num. 4. ff. quod quis iur. Aretin. conſ. 30. num. 9.* & cum ſententia Vicarij Archiepiſcopi lata *de anno* 1535. contineat idem, quod continent ſententiæ Sanctij, & Dalmatij, circa illam non eſt immorandum.

8 Præterea ſubſequuta obſeruantia laudum hoc cõprobauit, cum tam in Comitijs Regni Aragonũ, *Cortes* nuncupatis, fuerit datus dignior locus Capitulo S. Saluatoris, vt patet *ex deciſ. ſanct. mem. Greg.* 284. Quam etiam in in Concilijs Prouincialibus, ex actis enim *anni* 1565. apparet, Procuratores Capituli Eccleſię S. Saluatoris primum locum tenuiſſe, vt conſtat ex notula extracta, prout etiam in Concilio Prouinciali nouiſſimè celebrato *de anno* 1615.

1615. quæ obſeruantia plurimi
9 ponderis eſt, † quia cum Capitulum S. Saluatoris habeat iuris aſſiſtentiam pro ſe, vt dictum eſt. iſta poſſeſſio extenditur ad omnes actus, in quibus Capitulum B. Mariæ del' Pilar non habet ſpecialem diſpoſitionē ad ſui fauorem, *Oldr. conſ. 288. num. 10. Aym. conſ. 55. num. 1. verſ. ſed reſpondeo, & de antiquit. temp. part. 4. verſ. licet primò, num. 57. & ſeq. Rota deciſ. 17. num. 3. part. 2. diuerſ.*

10 Non aduerſatur Conſtitutio Synodalis *de anno* 1520. in qua per hæc verba diſponitur. *In eiſdem autem publicis ſeſſionibus ſedeant primò Abbates, & poſt eos promiſcuè ad vtrumq; latus noſtrum Priores, Canonici, & alij in Dignitate Conſtituti Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, & B. Mariæ del Pilar, ordine, quo in Choro ſedere, & in proceſſionibus incedere conſueuerunt*. Nam fuit reſpōſum quod Archiepiſcopus etiā in Synodo non potuit facere prædictam Cōſtitutionem, cum ſit contra ius. *cap. cum inferior, & c. ſuper his. vbi Abb. num. 1. Felyn. num. 2. de maior. & obed. Anchar. conſ. 18. num. 3. Calder. conſ. 5. de conſtitut. Henric. Bott. de Synodo part. 3. art. 1. concluſ. 7.*
11 *n. 26.* † Nec poteſt allegari præſumpta confirmatio Apoſtolica ex curſu temporis, cum tempus non ſufficiat, niſi adſit obſeruantia, *Abb. in cap. Albericus ſub num. 6. & adden. ad Felyn. ibid. num. 3. de teſti. Alex. conſ. 12. num. 7. & conſ. 17. num. 9. lib. 4. & conſ. 218. num. 10. lib. 6.* Quæ obſeruantia tantum abeſt, quod adſit, vt potiùs conſtet de contraria iuxta laudum Archiepiſcopi Alphonſi de Aragonia *de anno* 1513. vt ſupra deduximus. Imò in d. Cōcilio Prouinciali *de anno* 1565. per ſententiam diffinitiuam fuit declaratum Capitula Collegiatarum, & Monaſteriorum non eſſe vocanda ad prædicta Concilia, non obſtante, quod in dicta conſtitutione contrarium fuerit diſpoſitum, & in Concilio vltimo *de anno* 1615. fuit diffinitum, non potuiſſe prædictam Conſtitutionem Synodalē derogare iuri competenti Decano Eccleſiæ Cathe-
12 dralis S. Saluatoris; † nec ex eo d. Cōſtitutio Synodalis debet præſumi vſu recepta, ex quo repe-riatur impreſſa inter alias Cōſtitutiones, cum à ſui principio detegatur vitioſa, *Rota deciſ. 775. num. 1. par. 1. diuerſ.*

13 Non refragatur mādatum conceſsū à Rota vſque de anno 1557. Quia nō agitur de ordine in Choro ſedendi, aut in proceſsionibus, in quibus terminis loquitur mandatum; cumq; Capitulum del Pilar non habeat aſſiſtentiam iuris, & ſic titulum vniuerſalem, poſſeſſio quoad reliqua non ſuffragatur, *Felyn. in cap. auditis, num. 10. & 19. de præſcript. & fuit in ſimili reſolutum in cauſa Toloſana Iuriſdictionis 17. Decembris 1617. coram Reuerendiſs. Attrebaten. & in cauſa Calcien. iuris conferendi 6. Martij 1617. coram R.P.D. meo Veroſpio, & coram me in cauſa Maioricen. Sacriſtiæ 18. Maij 1622. & in Cremonen.*

mõnen. Canonicatus 9. Decembris
1624. Nec allegetur quod in d. mã-
dato de manutenendo ſubdatur ;
Et alijs quibuſcunque actibus ;
quia ſufficit reſpondere , quod
poſtmodum dictum mandatum
fuit declaratum , & in declaratio-
ne non leguntur prædicta verba ;
Et alijs quibuſcunque actibus ;
ſed declaratio eſt reſtricta ad Cho-
rum , & proceſsiones ſolùm ;
quia in illis tantùm conſtitit de
prædicta quaſi poſſeſsione , vt in
eadem declaratione dicitur , quæ
fuit facta præuia propoſitione in
Rota *ſub die 9. Decemb.* 1558. vbi
pro Eccleſia Cathedrali allegaba-
tur , quòd Eccleſia del Pilar non
probabat quaſi poſſeſsionem , niſi
14 in duobus tantùm actibus ; † & ni-
hilominus Notarius expediuerat
mandatum generaliter ; quod Ro-
ta corrigendum mandauit , vt ha-
betur adnotatum in libris D. de
Rubeis , qui erat cauſæ Ponens ,
per hæc formalia verba : *Domini
dixerunt mandatum eſſe corri-
gendum, vel reformandum qua-
tenus opus ſit ; necnon , & decla-
randum quatenus non ſit confor-
me dictis teſtium* , & ideò ego vo-
lui , quod diſputaretur particula-
riter de omnibus capitibus dicti
mandati .
15 Non releuant teſtes pro parte
Capituli del Pilar examinati , &
illud , quod dicitur hanc Eccleſiam
antiquitus fuiſſe Cathedralem .
Quicquid enim aſſerant teſtes ,
circa Synodum nihil deponunt, &
quod antiquitus Cathedralis præ-
rogatiua gauderet , non adhuc li-
quet . Et tamen obtinuit remiſſio-
nem à Rota , vt ſuam intentio-
16 nem probaret . † Et licet etiam
hoc probaretur , non deberet in-
ferri præiudicium Eccleſiæ , quæ
hodie eſt Cathedralis , ex rationi-
bus ſupra deductis , cum membra
non ſint à capite ſeiungenda .
Et ita concluſum vtraque parte in-
formante &c.

Lunæ 22. Iunij 1626.

1 AGitur de ordine Sac. Con-
gregationis Concilij , quis
locus debeat aſsignari in Synodo
Capitulo Eccleſiæ S. Saluatoris ,
& Capitulo Eccleſiæ del Pilar . Et
die 13. Februarij præteriti fuit
reſolutum, locum digniorem eſſe
aſsignandum Capitulo Sancti Sal-
uatoris ; quia cum ſit Capitulum
Cathedralis, illius Clerici dicun-
tur Clerici primi gradus *Innoc.
in cap. fraternitatem verſ. & ma-
ior de ſepult. Boer. de author. mag-
conſ. in addit. ad Io. Montaign.
2 in d. tract. par. 1. n. 24.* † & ideò
debent præcedere *cap. ſtatuimus
de maior. & obed. l. bonores vbi
gloſ. & Bart. C. de Decurion. l.
vnicuique C. de præp. ſacr. ſerin.
3 lib. 12.* † & cum faciant vnum cor-
pus ſimùl cum Epiſcopo , qui eſt
verum caput, & ipſi propria mem-
bra *cap. nouit de his, quæ fiunt à
Præl. Monach. in cap. à collatio-
ne de appell. in 6.* inconueniens
eſt , imò contra ordinem natura-
lem , quod membra diſiungantur
à capite, prout dicit *tex. in c. 1. di-
ſtinct. xij.* & latè fuit comproba-
tum in alia deciſione; quæ coadiu-
uãtur ex laudo lato *de anno 1513.*
& ex obſeruantia ſubſecuta , vt

Digitized by Google

fuit probatum in alia deciſione,

4 Neque obſtat quod antiquitus Eccleſia del Pilar erat Cathedralis; quia quicquid ſit de hoc, adhuc lis eſt ſub Iudice, & pendet remiſſoria, cum Capitulum Eccleſiæ Sancti Saluatoris, abſque controuerſia, hodie ſit Capitulum Cathedralis, &, ſub iſta prætenſione Capituli del Pilar, ei non ſunt denegandæ ſuæ præminẽtiæ; ſed ſi Capitulum del Pilar probabit antiquitus fuiſſe Capitulũ Cathedralis, hoc probato coram ſuo iudice, videbitur quid hoc importet, ſed interim non debet retardare quin Capitulum S. Saluatoris habeat ſuas præeminentias *iuxta not. per Bald. in conſ. 152. in fin. lib. 3. & per Soc. ſen. in conſ. 24. num. 36. lib. 1.*

5 Minus obſtat quod Capitulum del Pilar habuit mandatum generale quoad præeminentias; quia, vt dicitur in alia deciſione, fuit moderatum: & quamuis hodie replicetur, quod non fuit moderatio, ſed ampliatio, eſt aduertendum quod omnia contenta in declaratione concernunt præcedentiam in Choro, & in proceſſionibus, prout in mandato de manutenẽdo, de quibus hodie non quæritur, quæ præcedentia non ſuffragatur quod ad alios actus, vt latè deducitur in alia deciſione, & ita eſt intelligendum huiuſmodi mandatum, quando res habuerit aliquam dubietatem, cum fuerit moderatum, & declaratum, præuia deciſione Rotali relata ad verbum in alia deciſione.

6 Non obſtat Conſtitutio Synodalis *de anno* 1520. quia, vt fuit reſponſum in alia deciſione, eſt contra Ius, & ideò non potuit per Epiſcopum fieri, nec aſſenſus Apoſtolicus poteſt præſumi, cum non adſit obſeruantia: quæ ex eo non poteſt allegari ex quo in Concilio Prouinciali *de anno* 1565. Prior del Pilar habuit præeminentiam, quia de hoc non liquet, cùm ſederit in ſeptimo loco in manu ſiniſtra, Procurator verò Capituli S. Saluatoris in loco ſeptimo in manu dextera.

7 † Sed quicquid ſit de hoc, non poteſt allegari pro obſeruantia, cùm Procurator in Synodo non debeat habere eundem locum, quem Principalis, ſi interueniret, eſſet habiturus *Bald. in l. ſed ſi hac legi. §. fin. num. 2. ff. de in ius vocan. vbi Alex. num. 7. Iaſ. num. 6. Dec. in c. ſanè num. 2. verſ. & reſoluendum. Barbat. num. 7. de offic. deleg.*

8 † Et quamuis etiam inculcetur quod Epiſcopus potuit ſtatuere conſuetudinem, quæ eſt contra Ius, ex *Felyn. in cap. quòd ſuper his num. 10. de maior. & obed. Butrio in cap. cum dilectus. num. 4. verſ. ex quibus de conſuetud.* tamen iſte non eſt caſus noſter; quia non probatur iſta conſuetudo, imò ex teſtibus potiùs conſtat de contrario,

9 † & gratis dicitur quod iſta Conſtitutio fuit facta de conſenſu Capituli, cum nullibi probetur, vltrà quod poſſet dubitari An potuiſſet ſucceſſoribus præiudicare.

Ex quibus, & alijs deductis in priori deciſione, DD. cenſuerunt ab illa non eſſe recedendum &c.

FOR-

FORMVLA HABENDI SYNODVM DIOECESANAM,

IVXTA PONTIFICALE ROMANVM.



In Nomine Sanctiſſimæ, ac Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

NOS E. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus A. Synodalem actionem aggredientes Monitiones, Decreta, Ordinationes, ac Statuta & Conſtitutiones facimus vt infrà.

DECRETVM I.

De Diſciplina Synodali.

MVltiplex, & graue admodum munus; cum in omnibus alijs curæ Epiſcopalis rationibus; tum verò in omni Synodali actione, nobis impoſitum eſſe cognoſcimus. Quod ſanè quidem, non modò Paſtorali quodam deſiderio, aut voluntatis ſignificatione; ſed ſtudio, officio, atque adeò omni ope, ſanctè, religioſèq; exequi debemus.

Cum autem conſcij ſimus eam eſſe humanæ conditionis noſtræ imbecillitatem, vt non ſimus ſufficientes, ne cogitare quidem aliquid à nobis tamquam ex nobis, ſed ſufficientiam omnem, quæcumque ſit, à Deo Patre luminum exiſtere, qui poſtulantibus ab ſe ſapientiam dat omnibus affluentur, & non improperat eis; Ideo non viribus noſtris, quæ exiguæ ſanè ſunt, confiſi, ſed Dei vnius, cuius miniſtri ſumus, ope, atque auxilio freti, toto

animo, totaq; mente ſupplices, illud ab eo deprecamur, vt quæcunque in hac Synodali actione opportuna ſunt, in ijs, vel promouendis, vel decernendis, vel exequendis, adeſſe nobis Sancti ſui Spiritus lumine dignetur.

Monemus præterea omnes, & ſingulos Sacerdotes, vt ſanctiſſimis precibus, & Miſſæ Sacrificio Synodalem hanc noſtram actionem, quam hodierna die aggredimur, adiuuare ſtudeant: Orantes In primis: Pro optimo eiuſdem Synodi ſucceſſu: Vt Ciuitas, & Diæceſis hæc noſtra ſalutaribus adiuta diſciplinæ inſtitutis, in dies, ſuffragantibus meritis Sanctiſs. N. Patroni & Protectoris noſtri, & aliorum Sanctorum, fructus afferat vberiores in Domino.

Clerici præterea omnes, & ſinguli frequenti orationis ſtudio illud idem piè à Deo precentur.

Quoniam verò nihil ferè ſæpius diuinis litteris commendatum eſt, quam Clericalis Ordinis hominum vitæ integritas, inocentia, fides, religio, pietas, omniumque virtutum ornamenta; quibus domus Dei potiſſimum excollitur; Ideò vos vniuerſos, & ſingulos monemus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtamur, vt, cum ſemper laicis hominibus omni virtutum ſplendore præluceatis; tum maximè hoc tempore ita vos geratis in verbo, in conuerſatione, in charitate, quemadmodum Apoſtolus monet, vt, cum vos poſuerit Deus in acquiſitionem ſalutis, atque in ædificationem; officij veſtri memores, in iuſtitia, & ſanctitate, veritatis, viuatis; ſicque, abſtinentes ab omni ſpecie mali, ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum, & gloriam.

Aſſiduè, caſtè, purèque preces Deo adhibete.

Ad rei grauitatem attenti, cuius cauſa conueniſtis, tota animi cogitatione in eam incumbite.

Ad cauponas, quantum licet, ne diuertite.

Nolite per plateas vagari, aut, præ curioſitate, huc, illucque circumcurſare.

Ad Synodalem ſeſſionem ſtata indicta hora ſollicitè conuenite; nec verò raptim, ſed graui inceſſu: Vbi conueniſtis, loco conſtituto, ſuperpelicea munda, ac decentia, aut alias veſtes, pro Eccleſiaſtici beneficij ratione, induite.

Decenter vos induti, ad ſtatum ſeſſionalem locum, non turbulenter, ſed quietè accedite.

Bini, quoad fieri poteſt, conuenite: Ordine conſidete.

Mane, priuſquam conueniatis, cibum ne capite, ſed ieiuni adeſte.

Ieiunium, quod in Eccleſiaſticis his actionibus inſtitutum fuit, vt ſeruetis, hoc valde hortamur in domino.

In loco autem benedictionis, quod eſt templum Dei, conſidentes; Ne vocibus obſtrepite: Ne tumultibus rem Synodalem perturbate: Ne fabulationibus operam date: Ne è loco ſeſſionali, niſi abſoluta ſeſſione, aut neceſſaria de cauſa, & tunc niſi habita prius facultate à D.N. diſcedite.

Seſsione

Digitized by Google

Seſsione de more abſoluta; Ne raptim, turbulenterue, ſed graui, decoroque inceſſu diſcedite.

Cauete denique quæcunque diſciplinæ, & Synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minime conueniunt.

DECRETVM II.

De Miniſtris Synodi.

QVoniam in huius Synodi promotione diuerſorum nobis opus eſt adiumento miniſtrorum; eà propter conſtituimus in Synodo hac noſtra Promotores eiuſdem RR. PP. Notarium verò N.

Inſuper quoniam, tam ex veteri Sac. Can. inſtituto, quàm ex Romani Pontificalis præſcripto, audiri debent querelæ, ſi quæ ſint; ideo, pro eis recipiendis, & proceſsibus formandis, deputamus D. V. cui etiam abſentium excuſationes, tam in ſcriptis, quàm oretenus fieri debebunt.

DECRETVM III.

De non inferendo præiudicium.

DEcernimus, ſi cui fortè contigerit in hac Synodo ſuo loco non ſedere, aut incedere, aliudue quidpiam agere, gerereuè, id propterea nemini ius acquiri; acquiſitumuè eſſe, neque de cuiuſquam iure, aut poſſeſſione quidquam detrahi, ſed omnia in eo ipſo ſtatu permanere, in quo antequam hæc diæceſana Synodus haberetur, eſſe reperiebantur.

Inſtantia Promotorum pro legendis decretis Sac. Conc. Trid. de Reſidentia, & Fidei profeſſione emittenda.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CAuit Sacroſancta Tridentina Synodus, vt non modò Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in ſuis Cathedralibus Eccleſijs reſidere debeant; verum id ipſum etiam mandat ſeruari per Parochos, ac alios inferioris Ordinis Chori ſeruitio, & quotidiana reſidentiæ obſtrictos, & ea id generis decreta in Concilijs Prouincialibus, & Epiſcopalibus publicari præcipit.

Decernit præterea, vt omnes, qui in poſterum Beneficia Eccleſiaſtica fuerint aſſecuti, & qui in Synodo diæceſana conuenire debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, certum iuramentum recipiant, profiteantur & præſtent, prout illa Tridentina Sanctione expreſſum eſt. Idcirco Nos N. & N. huius Synodi Promotores humiliter petimus, & requirimus Decreta d. Conc. circa Reſidentiam, & Fidei profeſ-

ſionem

Digitized by Google

ſionem diſponentia, nec non & conſtitutionem fœl. recor. Pij IV. quæ incipit Iniunctum, *de ſugeſtu legi, atque ad illorum præſcriptum ab ijs, qui tenentur, omnia, & ſingula præſtari.*

DECRETVM IV.

De publicandis decretis Sac. Conc. Trid. ſuper Reſidentia, & Fidei profeſſione emittenda.

SAcroſanctum Trident. Concil. *Seſſ. 6. de refor. cap. 1. ſub fœl. recor. Paulo tertio, & ſeſſ. 23. de refor. cap. 1. ſub fœl. recor. Pio IV.* multa, nedum de Prælatorum, ſed etiam de Inferiorum reſidentia, ſanciuit: Decreuit inſuper *Seſſ. 25. de refor. cap. 2.* vt quicunque hoc tempore, vel in poſterum Eccleſiaſtica beneficia obtinebunt; qui item in diœceſanam Synodum conuenire debent, in ea ipſa Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, recipiant omnia, & ſingula, quæ eodem Concilio decreta ſunt, & reliqua omnia præſtent, quæ ibi enucleatè præſcribuntur. Nos igitur cupientes, vt omnibus innoteſcant, quæ tam ſanctè ordinata ſunt, & eorum executio ſedulò ſtudio procuretur, mandamus ea ipſa Decreta legi, & promulgari, eorum obſeruantiam enixè iniungentes omnibus, ad quos ſpectat.

Quod verò attinet ad Fidei profeſſionem, eiuſdem Sacri Concilij auctoritate innixi, mandamus, præter decretum ipſius Conc. Trid. publicari etiam Conſtit. fœl. rec. Pij IV. quæ incipit *Iniunctum*, præcipientes iuxta illius articulos Fidei profeſsionem ab vnoquoque, qui illam emittere debeat, omninò emitti, ex formula inferius impreſſa.

Decretum Conc. Trid. Seſſ. 6. cap. 1. de refor. ſuper Reſidentia Prælatorum & Inferiorum.

EAdem *ſacroſancta & infra*. Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſijs quibuſcunque, quouis nomine, ac titulo præfectos monet, & monitos eſſe vult, vt attendentes ſibi & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, *vigilent*, ſicut Apoſtolus præcipit, *in omnib. laborent & miniſterium ſuum impleant*, implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant: Cum certiſſimum ſit, non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & Paſtor neſcit. Ac nihilominus, quia non nulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cæleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis Curijs vagantur

gantur; aut in negotiorum temporalium ſollicitudine, ouili derelicto, atq; ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, ſe detinent occupatos.

Placuit Sacroſanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute præſentis decreti innouat; ac vlterius, pro firmiori eorumdem reſidentia, & reformandis in Eccleſia moribus, in hunc, qui ſequitur modum, ſtatuere, atque ſancire.

Si quis à Patriarchali, Primitiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocunque titulo, cauſa, nomine, ſeu iure commiſſa, quacunque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeu iuſtis, & rationabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis, extra ſuam diœceſim morando, abſuerit; quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Eccleſiæ, pauperibus loci per Superiorem Eccleſiaſticum applicandorum pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit; aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori Sac. Can. cenſuræ ſubijciatur, Metropolitanus ſuffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem Suffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda, infrà tres menſes per litteras, ſeu Nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor contumacia exegerit, ſupremæ Sedis auctoritate animaduertere, & Eccleſijs ipſis de Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in domino nouerit ſalubriter expedire.

Decretum eiuſdem Conc. Seſſ. 23. cap. 1. de refor. ſuper eadem reſidentia.

C*Vm præcepto diuino & infrà*. Ne verò ea, quæ de reſidentia ſanctè, & vtiliter iam antea ſub fœl. rec. Paulo III. ſancita fuerunt, in ſenſus à Sacroſanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius Decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat; illis inhærendo declarat Sacroſancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primitialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Eccleſijs quibuſcunque, quocunque nomine, & titulo Præfectos, etiam ſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur; neque abeſſe poſſe, niſi ex cauſis, & modis infraſcriptis.

Nam cum Chriſtiana Charitas, vrgens Neceſsitas, debita Obedientia, ac euidens Eccleſiæ, & Reipub. Vtilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant; Decernit eadem Sacroſancta Synodus has legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſs. Rom. Pont. aut à Metropolitano, vel, eo abſente, ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſen-

tiam

tiam probare debebit, in ſcriptis eſſe approbandas; niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Epiſcopatibus adiunctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, nec eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit: ad eundem tamen cum Conc. prouinciali ſpectabit iudicare de licentijs à ſe, vel à ſuffraganeo datis; & videre ne quis eo iure abutatur; vt pœnis canonicis errantes puniantur.

Interea meminerint diſceſſuri, ita ouibus ſuis prouidendum, vt quantum fieri poterit, ex ipſorum abſentia, nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum Canonum ſententia, non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt: Sacroſancta Synodus vult illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum, extra prædictas cauſas, nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes excedere; & haberi rationem vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento: quod an ita ſit abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant; cuius opus non fraudulenter agere ſuo periculo tenentur: eoſdem interim admonet, & in domino hortatur, ne per illius temporis ſpacium, Dominici Aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & Corporis Chriſti diebus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant; ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali vllo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi eos aliò vocent.

Si quis autem, quod vtinam nunquam eueniat, contra huius Decreti diſpoſitionem abſuerit; ſtatuit Sacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut, ipſo ceſſante, per Superiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacunque conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur: non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs cuicunque Collegio, aut fabricæ conceſſis.

Eadem omninò, etiam quoad culpam, ammiſſionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, & alijs quibuſcunque, qui Beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habens obtinent; Sacroſancta Synodus declarat, & decernit; ita tamen, vt quandocunq; eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, abeſſe contigerit, Vicarium idoneum, ab ipſo Ordinario approbandum, cum debita mercedis aſsignatione relinquant.

Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam, vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa, non obtineant. Quod ſi per Edictum citati, etiam non perſonaliter, contumaces fuerint; liberum eſſe vult Ordinarijs, per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem, compellere,

nec

nec executionem hanc, quolibet Priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate, confirmato, conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt, ſiue appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ conſtitutionis, ſuſpendi poſſe.

Poſtremò, tam decretum illud ſub Paulo III. quàm hoc ipſum, in Concilijs Prouincialibus, & Epiſcopalibus publicari Sancta Synodus præcipit, cupit enim, quæ adeò ex Paſtorum munere, animarumq; ſalute ſunt, frequenter omnium auribus, mentibuſque infigi, vt in poſterum, Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut deſuetudine aboleantur.

Decretum Concilij Tridentini Seſs. 25. de refor. cap. 2. De ijs, qui fidei profeſsionem emittere tenentur.

COgit *& infrà*. Præcipit igitur Sancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus alijs, qui de iure, vel conſuetudine in Concilio Prouinciali intereſſe debent, vt in ipſa prima Synodo Prouinciali, poſt finem præſentis Concilij habenda, ea omnia, & ſingula, quæ ab hac Sancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt palam recipiant; nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur; ſimulque hæreſes omnes à Sacris Can. & general. Concilijs, præſertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publicè deteſtentur, & anathematizent.

Idemque in poſterum quicunque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omnino obſeruent.

Quod ſi quis ex ſupradictis omnibus, quod abſit, renuerit, Epiſcopi Comprouinciales ſtatim Summum Pontificem admonere, ſub pœna diuinæ indignationis, teneantur, interimque ab eiuſdem communione abſtineant.

Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum, beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo diœceſana conuenire debent, idem vt ſuprà in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur faciant, & obſeruent: aliàs ſecundum formam Sac. Canonum puniantur, *& reliqua*.

Conſtitutio Pij IV. Super forma iuramenti Profeſsionis Fidei.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. *Iniunctum nobis, & infrà*. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sanct. Rom. Eccleſia vtitur, videlicet Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Christum Filium Dei vnigenitum, Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lu-

Digitized by Google

men de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex MARIA Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria, iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis, Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector: Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sācta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam vmquam, niſi, iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptē eſſe verè, & propriè Sacramenta nouæ legis, à IESV CHRISTO Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de Peccato originali, & de Iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter, in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis: atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, & realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, in corpus, & totius ſubſtantiæ vini, in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam, ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari: Similiter, & Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, venerandos, atq; inuocandos eſſe; eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam

omnium

omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem N. Spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Formula breuior emittendi profeſſionem Fidei.

EGo N. Recipio, Promitto, Spondeo, Profiteor, Deteſtor, Anathematizo, Voueo, & Iuro, vt in decretis, & formula profeſſionis Fidei, ex Bulla modò lectis; ſingula ſingulis referendo: Sic me Deus adiuuet & hæc Sancta Dei Euangelia.

Si in mane nihil aliud agere duxerit Epiſcopus, poterit indici continuatio ſeſſionis.

Inſtantia promotorum pro continuatione ſeſs.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm ea, quæ in hac Sancta Synodo tractanda ſunt, hoc mane expediri nequiuerint, illud propterea ab amplitudine tua petimus, & inſtamus Seſs. vt continuandam eſſe ordinet.

Indictio continuationis ſeſſionis.

DEcernimus, & indicimus continuationem huius Seſſionis fore hodie hora.

Inſtantia promotorum pro rogitu.

NOs N. & N. huius Synodi promotores rogamus te N. vt de omnibus, & ſingulis hactenus peractis, vnum, vel plura conficias inſtrumenta.

Digitized by Google

Reſponſio Notarij
Conficiam

Rogitus Notarij.

HAec omnia peracta fuerunt publica ſeſſione vt ſupra, adhibitis etiam teſtibus RR. DD. N. & N. huius Cathedralis Canonicis.

CONTINVATIO SESSIONIS.

A Prandio, ſtata hora indicta ſono Campanæ, Comitatus Pontifex vt ſupra ab vniuerſo Clero, & peroratis orationibus vt in Pontificali libro, proſequitur actionem Synodalem.

Fit inſtantia à promotoribus pro eligendis Examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.

Inſtantia promotorum pro eligendis Examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.

Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Domine.

QVod ſanctiſſimè Sacroſancta Trid. Synodus peculiaribus decretis ſanciuit, vt viri Eccleſiaſtici tales in hac Synodo diœceſana proponantur, tum pro Examinatorum officio, tum pro Iudicum cauſarum munere obeundo, ad præſcriptum Conſtit. fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. illud, vt ab A.T. & ab hac Sancta Synodo executioni mittatur, & huiuſmodi Examinatores, atque Iudices probentur, vehementer requirimus, & inſtamus nos N. & N. eiuſdem Synodi Promotores.

Decretum Concilij Tridentini ſeſſ.24. cap.18. de refor. circa Examinatorum, & ſeſſ.25. cap.10. de refor. circa Iudicum electionem.

E*Xpedit & infra.* Examinatores autem ſingulis annis in diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius Vicario, ad minus ſex proponantur, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Adueniente que vacatione cuiuſlibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant; indeque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis ſex eligat. Sint verò hi Examinatores, Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico, vel alij Clerici, ſeu Regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam Sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentq; omnes ad ſancta Dei Euangelia, ſe quacumque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros, caueantque ne quidquam prorſus occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiant, alioqui ſimoniæ vitium, tam ipſi, quàm alij dantes, incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis Beneficijs, quæ quomodocumq; etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolum coram Deo, ſed etiam in Synodo prouinciali, ſi opus

erit

erit, rationem reddere teneantur; à qua, ſi qui contra officium eos feciſſe, compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſſint, *& reliqua*.

Decretum Concilij Tridentini ſeſs. 25. de refor. cap. 10. de Iudicibus.

QVoniam ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur, vſque adeo haberi non poteſt; hincque interdum Iudicibus, non vndequaq; idoneis, cauſæ in partibus delegantur: ſtatuit S. Synodus, in ſingulis Concilijs prouincialibus, aut diœceſanis, aliquot perſonas, quæ qualitates habeant, iuxta Conſtitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit: *Statutum*, & alioquin ad id aptas deſignari, vt præter Ordinarios locorum, ijs etiam poſthac cauſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ, committantur. Et, ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci, cum conſilio Capituli, alium in eius locum, vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Synodum: ita vt habeat vnaquæq; Diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſupra qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur: alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem traſmittant, Delegationes quæcumque aliorum Iudicum alijs, quàm his factæ, ſubreptitiæ cenſeantur. Admonet de hinc ſancta Synodus tam Ordinarios, quam alios quoſcumque Iudices, vt terminandis cauſis quanta fieri poterit breuitate ſtudeant: ac litigatorum artibus, ſeu in litis côteſtatione, ſeu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

Conſtitutio Bonifacij VIII. quæ eſt. cap. 11. de reſcript. in 6.

S*Tatutum & infra*. Sancimus igitur, vt nullis, niſi Dignitate præditis, aut Perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis, Cauſæ auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, aut Legatorum eiuſdem de cætero committantur, nec audiantur alibi, quam in Ciuitatibus, vel Locis inſignibus, vbi poſſit cômodè copia peritorum haberi: *& reliqua*. *Conſtitutio Gregorij XV. fœl. rec.* de Conſeruatoribus *habetur in hoc tractatu fol. 31.*

DECRETVM V.

De Examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.

SAcroſancta Tridentina Synodus, vt audiſtis, ſanctiſſimo decreto conſtituit, vt quotannis in diœceſana Synodo viri aliquot idonei referri debeant,

debeant, qui diligenti examinis ratione de vita, moribus, doctrina, ætate, ac ſufficientia eorum quærant, qui parochialium Eccleſiarum curationi præficiendi ſunt.

Itidem cauet vt viri aliquot deligantur, iique tales, quales Summus Pontifex Bonifacius VIII. fœl.rec. ſua Conſtit. quæ incipit *ſtatutum de reſcrip. in 6.* modo lecta, præſcripſit, qui, & alioqui ad id apti, & idonei conſtituantur, vt ipſis cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in partibus delegandæ committantur, cui nouiſſimè ſucceſſit Conſtitutio *de Conſeruatoribus*, fœl. rec. Greg. XV.

Nos itaque, decreta ipſa exequi cupientes, proponimus vobis ad huiuſmodi examinandi munus, & in Examinatores. DD. N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N. *proponendi & probandi ſunt Examinatores non pauciores quam 6. neque plures quam xx. Iudices autem debent probari ſaltem 4.*

In Iudices verò vobis eiuſdem proponimus. DD. N.N.N.N.N.N. vt ex iis omnibus illos deligi per vos liceat, qui Synodo ſatisfaciant, & probati ſint, vt qui dimidiam partem ſuffragiorum tulerint, hoc examinandi, vel iudicandi munus habeant, quouſque alia Synodus diœceſana celebrabitur.

Illud autem vos omnes hortamur in domino, & obſecramus, vt Examinatores ſine vllo affectu probetis, ſicuti nos illos pro paſtorali noſtra vigilantia, ſine aliquo affectu propoſuimus.

Propoſitis ſic Examinatoribus, & Iudicibus.

Archidiaconus interrogat Synodum eiuſmodi verbis.

Admodum RR. Patres; Placentnè vobis Examinatores, & Indices modò propoſiti, & nominati?

Subiungit illicò Notarius.

Si quis eſt, cui non placeant, accedat ad Reuerendiſs. Epiſcopum.

Hac forma ſeruatur Venetijs.

Aliter poterunt etiam proponi imprimendo, vel deſcribendo nomina, & cognomina Examinatorum, & Iudicum in aliqua ſchedula, ſingulis de Synodo ſingula tradenda, & tunc Epiſcopus ſic poterit Decretum ſuum proſequi.

Nos itaque ipſa Decreta exequi cupiētes proponimus eos viros, quorum nomina à Cancellario de ſuggeſtu pronunciabuntur, & in ſchedula vnicuiq; veſtrum tradenda exarata cernentur, vt ex ijs omnibus illos deligi per vos liceat, qui Synodo ſatisfaciant, & probati ſint, vt qui dimidiam ſuffragiorum tulerint, hoc examinandi vel iudicandi munus habeant, quouſque alia Synodus diœceſana celebrabitur. Porrò vnicuiq; fas erit illos delineare & caſſare, quos non probare voluerit, illud autem vos omnes hortamur in domino, & obſecramus vt Examinatores ſine vllo affectu probetis, ſicuti nos illos pro paſtorali noſtra vigilantia ſine aliquo affectu propoſuimus.

DECRE-

Digitized by Google

DECRETVM VI.

Pro eligendis præfectis ſcrutinij.

EXaminatorum, & Iudicum à nobis propoſitorum, & ab hac Synodo probatorum ſcrutinio præficimus DD. N. & N.

Peracto ſcrutinio, ſi quod fieri opus erit, Promotores inſtabunt pro euulgatione & publicatione nominum Examinatorum, & Iudicum probatorum.

Inſtantia promotorum pro publicandis Examinatorum, & Iudicum nominibus, & iuramento præſtando.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

ACtionis Synodalis, & Sacri Concilij Tridentini ratio poſtulat vt iam nomina Examinatorum, & Iudicum ab hac Sancta Synodo probatorum de ſugeſtu publicentur, & vt ipſi Examinatores iuramentum ad præſcriptum eiuſdem Concilij præſtent. Quapropter Nos N. & N. huius Synodi Promotores illud, ab A. T. petimus & enixè inſtamus, vt eos omnes, & ſingulos iam publicari faciat, & vt debitum iuramentum præſtent, ſuo Decreto obſtringat.

DECRETVM VII.

De publicandis nominibus Examinatorum, & Iudicum, deque iuramento per Examinatores præſtando.

AEquum eſt, vt qui communioribus votis in Examinatorum, & Iudicum cauſarum officium exercendum probati ſunt, vniuerſæ huic Synodo pateſiant: quo circa Nos, vt Sacro Concilio ſatisfaciamus, mandamus de ſuggeſtu euulgari, & pronunciari nomina eorum Examinatorum, & Iudicum qui in ſcrutinio ab hac Synodo ſaltem dimidiam ſuffragiorum tuliſſe reperti fuerint.

Decernimus inſuper vt iidem Examinatores ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. *Seſſ. 24. cap. 18. de refor.* debitum iuramentũ omninò præſtare debeant.

Hic publicantur Examinatores, & Iudices electi in Synodo.

EXaminatores hodie in hac Synodo propoſiti, & nominati, maiori ſuffragiorum parte ſunt hi, &c. *& nominantur.*

IVdices verò in Synodum relati, & maiori etiam ſuffragiorum parte ſunt hi.... *Et nominantur.*

Exinde Archidiaconus inuitat Examinatores ad iurandum, his verbis.

Acce-

Accedant M. M. R. R. D. D. Examinatores ad Reuerendiſs. D. Epiſcopum, & debitum iuramentum præſtent.

Formula iuramenti Examinatorum.

EGo N. Iuro, me quacumque humana affectione poſtpoſita, fideliter Examinatoris officium, quod ſuſcepi, executurum. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

His peractis, ſi Epiſcopus vnica ſeſſ. expedire noluerit omnia, poterit alteram, & tertiam, ac etiam vlteriorem ſeſſionem indicere, accuſata tamen prius contumacia abſentium, & facto decreto de non diſcedendo.

DECRETVM VIII.

De non diſcedendo à Ciuitate, nec à Synodalibus ſeſſionibus.

VNiuerſis præterea, & ſingulis, qui huic Synodo iure intereſſe debetis, pœna excommunicationis propoſita, vetamus, ne veſtrum aliquis, antequàm hæc noſtra diœceſana Synodus de more abſoluta, ac dimiſſa ſit, diſcedat ab hac Ciuitate, facultate ſibi à N. non conceſſa, neque à ſeſſionali loco, niſi abſoluta Seſſione, aut neceſſaria de cauſa, ſed huic Synodo, & quibuſcumq; ſeſſionibus, aut conuentibus, qui indicentur, intereſſe debeatis.

Inſtantia promotorum, & accuſatio contumaciæ contra abſentes.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm iam dies .... Maÿ abierit, qua omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici Ordinis homines huius Ciuitatis, & Diœceſis legitimè per publicum edictum moniti, huic Synodo tum præſentes adeſſe debent: Cumque multi non paruerint, ſed vſque adeò, vel negligentes, vel contumaces fuerint, vt neque præſentes adſint, nec verò iuſti impedimenti excuſationem, cauſamue, aut nuntium miſerint: ideo, pro muneris noſtri officio, Nos N. & N. huius Synodi Promotores eorum contumaciam accuſamus: hocque apud Amplitudinem tuam inſtamus, vt citationem valuis huius Cath. Eccleſiæ affigendam committat, & cum eiſdem tamquam inobedientibus agi iubeat, prout iuris eſt, & Sac. Canonum ratio poſtulat.

DECRETVM IX.

Contra abſentes.

Admittimus, committimus, & decernimus.

Inſtantia promotorum pro Indictione ſecundæ Seſſionis.

Illu-

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm ea, quæ in hac Sancta Synodo tractanda ſunt in iſta Seſſione expediri nequiuerint, illud propterea inſtamus ab A.T. vt alteram ſeſſionem indicet.

Indictio ſecundæ ſeſsionis.

REuerendiſsimus in Chriſto Pater DD. E Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus A. cum ea omnia, quæ in hac Sancta Synodo pertractanda, & agenda ſunt hac prima Seſſione expedire nequiuerit, aliam proinde ſeſſionem decernit, & indicit in proxime ſequentem diem hora.... ac propterea monentur omnes, & ſinguli ad illam conuenire.

Inſtantia promotorum pro rogitu.

Nos N. & N. huius Synodi Promotores rogamus te N. vt de omnibus, & ſingulis hactenus peractis vnum, vel plura conficias inſtrumenta.

Reſponſio Notarij
Conficiam.

Rogitus Notarij.

Hæc omnia peracta fuerunt publica Seſsione, vt ſupra adhibitis etiam teſtibus RR. DD. N. & N. huius Cathedralis Canonicis.

Secunda die.

FActa conuentione omnium in Eccleſia, ſtata hora, & peroratis pręcibus in libro Pontificalis præſcriptis; leguntur conſtitutiones ſummorum Pontificum, aliàs non promulgatæ.

Si Epiſcopus cenſuerit eligere teſtes Synodales publicabitur decretum quod habebitur in formula ſequenti ſeſſ. 3. & incipit.

Vetus.

Si Punctatores in Cathedrali, & Collegiatis, publicabitur decretum, quod incipit. Edicimus.

Si Vicarios Foraneos, publicabitur decretum, quod incipit.

Decreto.

Decretum de caſibus reſeruatis, & Tabella ipſorum caſuũ, quod incipit.

Quoniam.

Item Decretum de Vigilijs, & Feſtis vnà cũ Tabella ipſorum feſtorum. quod incipit. Dierum.

Niſi cenſuerit Epiſcopus magis expedire, vt alibi collocentur.

Digitized by Google

Decretum de eligendis, qui nomine vniuerſi Cleri Foranei interſint Congregationibus Clericorum.

CVm inter cæteri, quæ ad rectam bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem ſpectant, maximè conducere videatur vt Clerici diœceſani, cum ad Synodum conueniunt, aliquos eligant, qui eorum nominibus Vrbanæ Congregationis Clericorum deliberationibus ad vniuerſum Clerum ſpectantibus interſint: Ideò vos omnes & ſingulos de diœceſano Clero monemus, vt ad huiuſmodi electionem, & deputationem deueniatis, nobiſq. electos deferatis.

Si Epiſcopus voluerit eligere eos, quos adhibere debet in Conſilio pro recta Seminarij puerorum inſtitutione, & adminiſtratione iuxta decretum Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 18. poterit fieri inſtantia per promotores, vt in formula ſequenti in fine 2. ſeſs.

Subinde ſi ſint publicanda, decreta alicuius Conc. Generalis, vel Prouinc. nouiſsimè habiti nondum publicata, vel item ſi Epiſcopus nouas condiderit conſtitutiones, promotores inſtant publicari.

Quod ſi nulla ſint publicanda decreta, nec Epiſcopus cenſeat alia facere, poterit, facta inſtantia, per promotores de Clero vocando vt inferius fol. 139. & reliqua expedire, vſque ad finem Synodi, concludendo Synodum duabus tantum ſeſsionibus.

Inſtantia Promotorum pro publicandis decretis Conc. nouiſſimè habiti.

Illuſtriſ. & Reuerendiſs. Domine.

SAcris Canonibus, vt noſtis, ſtatutum eſt, certa etiam cenſurarum prolata ſententia, vt Epiſcopus, dum in qualibet Prouincia Concilium agitatur, admonitionibus ſuis, intra ſex menſium ſpatia, omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque Clericos, ſeu etiam omnem Conuentum Ciuitatis ipſius, vbi præeſſe dignoſcitur, necnon, & cunctam Diœceſis ſuæ Plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus coram eis publicè omnia reſerata de his, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita extiterint, pleniſſimè notiora efficiantur, Nos propterea N. & N. huius Synodi Promotores, quo diligentior, & cumulatior executio ſit decretorum Conc. Prouincialis .... huius Prou. M. nuper editi, inſtamus ab A. T. in hac ipſa Synodo, tum ea omnia, quæ in d. Prouinciali .... Synodo acta, & definita ſunt, tum etiam ea, quæ Amplitudo Tua, de nouo conficere cenſuit, publicè de ſuggeſtu publicari mandet.

Decretum de publicandis Decretis Prouincialibus, & Synodalibus.

EDicimus, Decernimus, & Mandamus euulgari, promulgari, & publicari decreta, quæ tam in Prou. Conc. .... edita, quàm aliàs de nouo pro

pro huius Eccleſiæ A. ſpirituali progreſſu à nobis condita ſunt.

Publicantur Decreta Conc. & Synodi, quæ ſi omnia publicari nequiuerint, ea, quæ ſupererunt, publicanda erunt in alia ſeſſ. indicenda.

Inſtantia Promotorum & accuſatio contumaciæ contra abſentes vt ſupra fol. 136.

Cum iam dies &c. fol. 136.

Decretum contra abſentes.

Admittimus, committimus, & decernimus.

Inſtantia Promotorum pro Indictione tertiæ Seſſionis.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm ea, quæ in hac Sancta Synodo tractanda ſunt hac ſecunda ſeſsione expediri nequiuerint, illud propterea inſtamus ab A. T. vt tertiam ſeſsionem indicet.

Indictio Tertiæ Seſsionis.

REuerendiſsimus in Chriſto Pater DD. E' Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus A. cum ea omnia, quæ in hac Sancta Synodo pertractanda, & habenda ſunt, hac ſecunda ſeſsione expedire nequiuerit, aliam proinde ſeſsionem decernit, & indicit in proxime ſequentem diem hora.... ac propterea monentur omnes, & ſinguli ad illam conuenire.

Inſtantia Promotorum pro rogitu.

Nos N. & N. huius Synodi Promotores rogamus te N. vt de omnibus, & ſingulis hactenus peractis vnum, vel plura conficias inſtrumenta.

Reſponſio Notarij

Conficiam.

Rogitus Notarij.

Hæc omnia peracta fuerunt publica Seſsione, vt ſupra adhibitis etiam RR. DD. N. & N. huius Cathedralis Canonicis teſtibus &c.

Tertia die.

FActa conuentione omnium in Eccleſia, ſtata hora, & peroratis precibus in libro Pontificali præſcriptis, leguntur decreta, quæ ſuperfuerint ex ijs Conc. vel Synodo iam legi captis, omnibuſq. publicatis, fit inſtantia de Clero vocando.

Inſtantia promotorum de Clero vocando & Cathedratico ſoluendo.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

COncilijs Generalibus, & præcipuè Tridentino ſancitum eſt, vt omnes Eccleſiaſtici viri, qui de iure, vel conſuetudine Synodo diœ-

ceſanæ, quæ quotannis celebrabitur, etiam exempti intereſſe debent, ſi negligentes fuerint, pœnas à ſacris Can. ſancitas incurrant, quamobrem eos omnes de ſuggeſtu publicè vocari, & Parochos Cathedraticum iure diœceſano debitum perſoluere inſtamus.

Decretum de Clero vocando & ſoluendo Cathedratico.

SAcrorum Canonum iure ſancitum eſt, vt in Diœceſana Synodo à ſingulis Parochis Cathedratici nomine duo ſolidi exigantur, idque argumento honoris, qui Cathedrali Eccleſiæ tanquam matrici à cæteris Parochialibus Eccleſijs tribui debet, quæ ſummula licet fortaſsè per longiſsimum temporis ſpatium à Parochis huius Ciuitatis, & Diœceſis perſoluta non fuerit, ea tamen debita eſt Cathedrali, nec præſcribi poteſt. Ædicimus igitur vocationem Cleri; Parochis autem Cathedratici ſolutionẽ iniungimus, *vel ſi remittat dicetur*, remittimus pro hac vice, & condonamus.

Inſtantia Promotorum pro concluſione Synodi.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm omnia, quæ in hac diœceſana Synodo agenda, & tractanda erant, diuina auxiliante gratia, ad optatum finem perducta ſint. Illud ab Amplitudine tua petimus, & inſtamus Nos N. & N. eiuſdem Synodi Promotores, vt ipſam Synodum concludere, & cum benedictione dimittere velit: indicendo etiam aliam Synodum iuxta Tridentinam ſanctionem.

Decretum ſuper concluſione Synodi.

SYnodi noſtræ diœceſanæ ... Deo adiutore optatum finem videmus; quapropter eam cum gratiarum Deo actione concludendam eſſe decernimus, & concluſam nunciamus.

Aliam præterea futuram indicimus iuxta Tridentinam ſanctionem habendam anno ſequenti .... die .... menſis .... niſi aliqua ex cauſa illam prorogari, ad vos datis litteris, aut aliàs per ædictum publicum intellexeritis.

Accuſatio contumaciæ per promotores.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm iam diuino aſsiſtente præſidio abſoluta ſit Diœceſana Synodus, & illius declarata concluſio, Nos N. & N. huius Synodi promotores

res accuſantes contumaciam eorum omnium, & ſingulorum, qui in ea intereſſe debent, neque paruerunt ſed vſque adeo, vel negligentes, vel contumaces ſunt; illud ab A. T. enixè inſtamus, vt citationem valuis huius Cathedralis affigendam committat, & cum eiſdem tanquam inobedientibus agi iubeat prout iuris eſt, & ſacrorum Canonum ratio poſtulat.

Decretum Contra abſentes.

Admittimus, committimus, & decernimus.

Inſtantia pro Indictione futuræ Synodi.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

ANtiquo Canone cautum eſt, vt proximam Synodum diœceſanam in Seſſione Pontifex indicat: Ideo Nos N. & N. humiliter inſtamus Synodum diœceſanam futuram in hoc Synodali conuentu omnibus, qui intereſſe debent, pronunciari, & indici.

Indictio futuræ Synodi.

SYnodum diœceſanam, quam ex Sac. Conc. Trid. decreto, anno ſequenti . .. iuuante Chriſto Domino, celebraturi ſumus, indicimus, & ſignificamus futuram eſſe eodem anno, die . . . . menſis nisi aliqua forte ex cauſa illam prorogari, ad vos datis litteris, aut aliàs per ædictum publicum intellexeritis.

Facta indictione Synodi, fit inſtantia à Promotoribus pro rogitu.

Inſtantia promotorum pro rogitu.

NOs N. & N. huius Synodi promotores rogamus te N. vt de omnibus & ſingulis hactenus in hac ſancta Synodo peractis, vnum, vel plura conficias inſtrumenta.

Reſponſio Notarij
Conficiam.

Rogitus Notarij.

HAec omnia peracta fuerunt publicis ſeſſionibus vt ſupra, adhibitis etiam teſtibus RR. DD. N. & N. huius Cathedralis Canonicis.

His omnibus peractis; dimittitur Synodus cum benedictione ad præſcriptum Pontificalis Romani.

FOR-

Digitized by Google

FORMVLA HABENDI SYNODVM IVXTA ACTA ECCL. MEDIOL.

In Nomine Sanctiſſimæ, ac Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

NOS E Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus A. Synodalem actionem aggredientes Monitiones, Decreta, Ordinationes, ac Statuta, & Conſtitutiones facimus vt infra.

DECRETVM I.

De Diſciplina Synodali.

MVltiplex, & graue admodum munus; cum in omnibus alijs curæ Epiſcopalis rationibus; tum verò in omni Synodali actione, nobis impoſitum eſſe cognoſcimus. Quod ſanè quidem, non modò Paſtorali quodam deſiderio, aut voluntatis ſignificatione; ſed ſtudio, officio, atque adeò omni ope, ſanctè, religioſèq; exequi debemus.

Cum autem conſcij ſimus tam eſſe humanæ conditionis noſtræ imbecillitatem, vt non ſimus ſufficientes, ne cogitare quidem aliquid à nobis tamquam ex nobis, ſed ſufficientiam omnem, quæcumque ſit, à Deo Patre luminum exiſtere, qui poſtulantibus ab ſe ſapientiam dat omnibus affluenter, & non improperat ois; Ideo non viribus noſtris, quæ exiguæ ſanè ſunt, confiſi, ſed Dei viui, cuius miniſtri ſumus, ope, atque auxilio freti, toto animo, totaq; mente ſupplices illud ab eo deprecamur, vt quæcumque in hac Synodali actione opportuna ſunt, in ijs, vel promouendis, vel decernendis, vel exequendis, adeſſe nobis Sancti ſui Spiritus lumine dignetur.

Monemus præterea omnes, & ſingulos Sacerdotes, vt ſanctiſſimis precibus, & Miſſæ Sacrificio Synodalem hanc noſtram actionem, quam hodierna die aggredimur, adiuuare ſtudeant: Orantes in primis: Pro optimo eiuſdem Synodi ſucceſſu: Vt Ciuitas, & Diæceſis hæc noſtra ſalutaribus adiuta diſciplinæ inſtitutis, in dies, ſuffragantibus meritis Sanctiſs. N. Patroni & Protectoris noſtri, & aliorum Sanctorum, fructus afferat vberiores in Domino.

Clerici præterea omnes, & ſinguli frequenti orationis ſtudio illud idem piè à Deo precentur.

Quoniam verò nihil ferè ſæpius diuinis litteris commendatum eſt, quam Clericalis Ordinis hominum vitæ integritas, innocentia, fides, religio, pietas, omniumque virtutum ornamenta, quibus domus Dei potiſſimum excolitur; Ideò vos vniuerſos, & ſingulos monemus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtamur, vt, cum ſemper laicis hominibus omni virtutum ſplendore prælucеatis; tum maximè hoc tempore ita vos geratis in verbo, in conuerſatione, in charitate, quemadmodum Apoſtolus monet, vt, cum vos poſuerit Deus in acquiſitionem ſalutis, atque in ædificationem; officij veſtri memores, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis viuatis; ſicque, abſtinentes ab omni ſpecie mali, ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum, & gloriam.

Aſſiduè, caſtè, purèque preces Deo adhibete.

Ad rei grauitatem attenti, cuius cauſa conueniſtis, tota animi cogitatione in eam incumbite.

Ad cauponas, quantum licet, ne diuertite.

Nolite per plateas vagari, aut præ curioſitate, huc, illucque circũcurſare.

Ad Synodalem ſeſsionem ſtata indicta hora ſollicitè conuenite; nec verò raptim, ſed graui inceſſu: Vbi conueniſtis, loco conſtituto, ſuperpelliсea munda, ac decentia, aut alias veſtes, pro Eccleſiaſtici beneficij ratione, induite.

Decenter vos induti, ad ſtatum ſeſſionalem locum, non turbulenter, ſed quietè accedite.

Bini, quoad fieri poteſt, conuenite: Ordine conſidete.

Mane, priuſquam conueniatis, cibum ne capite, ſed ieiuni adeſte.

Ieiunium, quòd in Eccleſiaſticis his actionibus inſtitutum fuit, vt ſeruetis, hoc valde hortamur in domino.

In loco autem benedictionis, quod eſt templum Dei, conſidentes; Ne vocibus obſtrepite: Ne tumultibus rem Synodalem perturbate: Ne fabulationibus operam date; Ne è loco ſeſsionali, niſi abſoluta ſeſsione, aut neceſſaria de cauſa, & tunc niſi habita prius facultate à D.N. diſcedite.

Seſsione de more abſoluta; Ne raptim, turbulenterue, ſed graui, decoroque inceſſu diſcedite.

Cauete denique quæcunque diſciplinæ, & Synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minimè conueniunt.

DECRETVM II.

De Miniſtris Synodi.

Deſumitur ex ſuperiori formula fol. 125.

DECRETVM III.

De non inferendo præiudicium.

Deſumitur ex ſuperiori formula fol. 125.

DECRETVM IV.

De non diſcedendo à Ciuitate.

VNiuerſis, & ſingulis, qui huic Synodo iure intereſſe debetis, pœna excommunicationis propoſita, vetamus, ne veſtrum aliquis antequam hæc noſtra Diœceſana Synodus de more abſoluta, ac dimiſſa ſit, diſcedat ab hac Ciuitate, facultate ſibi non conceſſa à D. N. neque à Seſsionali loco, abſcedat, niſi abſoluta Seſsione aut neceſſaria de cauſa, ſed huic Synodo, Synodalibus ſeſsionibus, aut Conuentibus quibuſcumque, qui indicentur omnes, & ſingulos vos intereſſe iubemus, eadem propoſita pœna.

DECRETVM V.

De collecta dicenda in Miſſa deque commemoratione pro mortuis.

EDicimus quoque, ac mandamns vt in Miſſa omnes, & ſinguli Sacerdotes orationem, aut collectam, quæ pro peccatorum venia poſtulanda dicitur, hiſce Synodalibus diebus, deuotè recitent: idem Clerici pia oratione precentur.

Inſuper ex decreto Conc. Prou. V. cras pro Sacerdotibus, & Clericis, qui poſt proximam Synodum obierunt, ſolemnem commemorationem fieri mandamus.

DECRETVM VI.

Pro quibus orandum tempore Synodi.

QVoniam verò veteris inſtituti, ſolemniſq; ritus eſt in huiuſmodi Synodali conuentu pro publicis rebus orationem fieri, ideò in omni prece, & à Sacerdotibus, præſertim in Miſſæ Sacrificio, his Synodalibus diebus ad Deum orationem adhiberi edicimus. Pro S. D. N. Papa V. Pro S.R.E. tranquillitate: Pro Sereniſsimo Rege Noſtro Phi: Pro pace & concordia inter Principes Chriſtianos: Pro omni miniſterio noſtro Epiſcopali, præſertim in hac rerum Synodalium tractatione: Pro Chriſtianæ diſciplinæ Cleri, populique conformatione, & progreſsione in Ciuitate, & diœceſi noſtra A. Prouinciaq; M. Pro miniſtris noſtris, quos in huius Ciuitatis, & diœceſis nobis commiſſæ culturam adhibemus.

Inſtantia promotorum pro fidei profeſsione.

Illuſtriſsi & Reuerendiſs. Domine.

CAuit Sanctum Conc. Trid. vt omnes qui in poſterum beneficia Eccleſiaſtica aſſecuti ſunt, & qui Synodo diœceſanæ conuenire ſolent,

in

in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur fidei profeſsionem recipiant profiteantur & præſtent, prout illa Tridentina Sanctione expreſſum eſt: Ideo Nos N. & N. huius Synodi promotores humiliter petimus, & requirimus Sanctionem illam legi & ad præſcriptum ab ijs, qui tenentur omnia & ſingula præſtari.

DECRETVM VII.

De profeſsione Fidei.

SAcroſancta Tridentina Synodo illud grauiſsime ſancitum eſt, vt quicſiq, vel hoc tempore, vel in poſterum Eccleſiaſtica beneficia obtinebunt; qui item in diœceſanam Synodum conuenire debent, omnes in ea ipſa Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, recipiant omnia & ſingula quæcunque eodem Conc. Tridentino decreta & conſtituta ſunt, reliquaq. omnia præſtent, quæ in ſeſs. 25. cap. xj. enucleatè præſcripta ſunt.

Atque id ipſum quidem decretum Tridentinum nos in prima noſtra Synodo executi (*ſi iam præſtitit*) fidei etiam profeſsionem ex formula præſtitimus, quam ſummus Pontifex Pius IV. concepit & confecit (*vel ſi nunquam præſtitit dicat*) Nos igitur in hac ipſa Synodo noſtra exequi volentes decretum huiuſmodi, vniuerſos & ſingulos, qui Eccleſiaſtica beneficia obtinent, ſacriſuè Ordinibus initiati ſunt, iubemus, ac præcipimus omnia & ſingula, quæ in œcomenica illa ſacra Synodo decreta ac definita ſunt, recipere, fideique profeſsionem ex Pontificia ea formula præſtare: ſi modo alias id in Synodo nunquam præſtiterunt.

Decretum Conc. Trid. ſeſs. 25. de ref. cap. 2. de ijs, qui fidei profeſſionem emittere tenentur habetur fol. 129.

Conſtitutio Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei fol. 129.

Decretum Concilij Prouincialis primi de fidei profeſsione emittenda.

PRima, & maxima Paſtorum cura verſari debet in ijs, quæ ad fidem Catholicam, quàm Sancta Romana Eccleſia colit, & docet, & ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, integrè, inuiolatèque conſeruandam pertinent: Ideò Nos hinc potiſsimum exordiendum eſſe duximus.

SAcri Tridentini Concilij auctoritate innixi mandamus, vt omnes ij, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, vel in poſterum obtinebunt, & qui in Synodum diœceſanam conuenire debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur omnia, & ſingula à Sancto Conc. Tridentino definita, & ſtatuta ſunt, palàm recipiant: veram obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeant: ſimulque hæreſes omnes publicè deteſtentur, & anathematizent, fidem profitentes iuxta ~~ex~~ formulam in conſtitutione ~~modo lecta~~ à S.D.N. Pio IV. Pont. Max. præſcriptam, etiam ſi antea in diœ-

Digitized by Google

ceſana Synodo id officium, ad exequendum iuſſa Tridentini Concilij alia quacumque ratione, & modo, obierint.

Formula breuior profeſs. fidei vt in fol. 131.
Inſtantia promotorum pro continuatione ſeſſionis. } habentur fol. 131.
Indict. continuat. ſeſs.

Accuſatio contumaciæ per promotores.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

CVm iam diuina fauente gratia huius diœceſanæ Synodi actiones prima ſeſs. captæ ſint, quibus omnes & ſinguli Eccleſiaſtici ordinis homines huius vrbis & diœceſis legitimè per publicum edictum moniti iam præſentes adeſſe debent; cumque multi non paruerint, ſed vſque adeò vel negligentes vel contumaces fuerint, vt neque præſentes adſint, nec verò iuſti impedimenti excuſationem, cauſam, aut nuntium miſerint: Ideo pro muneris noſtri officio Nos N. & N. huius Synodi promotores eorum contumaciam accuſamus, hocq. inſtamus apud Ill. & Reu. Amplit. tuam vt citationem valuis Eccleſiæ huius Cathedralis affigendam committat: & cum iiſdem tamquam inobedientibus agi iubeat, prout iuris eſt, & ſacrorum Canonum ratio poſtulat.

Decretum contra abſentes.
Inſtantia pro rogitu. } fol. 139.
Rogitus Notarij.

Monitio ad Synodum per Archidiaconum, ſiue Lectorem.

NE quiſquam è loco ante diſcedat, quam Illuſtriſs. & Reuerendiſsimus Epiſcopus è Synodo abierit; nec verò raptim, turbulenterue, ſed grauiter, decoroq. inceſſu.

Capitula verò, & Clerici Eccleſiarum Collegiatarum, vt Collegiatim conuenerunt, eodem ordine è Synodo diſcedant, prælata Cruce; quo eodem modo redeant hora indicta.

Caueant denique omnes, quæcunq. & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & Synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minimè conueniunt.

CONTINVATIO SESSIONIS.

A Prandio, ſtata hora indicta, ſono Campanæ, Comitatus Pontifex vt ſupra ab vniuerſo Clero, & peroratis orationibus vt in Pontificali libro, proſequitur actionem Synodalem.

Inſtantia à promotoribus de Clero vocando.

Inſtan-

Inſtantia promotorum de Clero vocando, & ſcrutinio faciendo.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

Sancitum eſt Concilijs generalibus, & præcipuè Tridentino, vt omnes Eccleſiaſtici viri, qui de iure, vel conſuetudine Synodo diœceſana, quæ quotannis celebrabitur, etiam exempti, intereſſe debent, ſi negligentes fuerint pœnas à ſac. can. ſancitas incurrant; quamobrem eos omnes ex ſuggeſtu publicè vocari, & ſucceſſiue ſcrutinium à patribus ſapienter inſtitutum haberi humiliter petimus: eccleſiaſticoſq. viros ſanctæ diſciplinæ eruditos eligi, qui ſcrutinio diligenter incumbant: & Parochos cathedraticum iure diœceſano debitum perſoluere inſtamus.

DECRETVM VIII.

De ſcrutinio faciendo.

Scrutinium Synodale à patribus ſapienter, atque ex vtilitate Synodi inſtitutum, iam aliquando intermiſſum, per nos adiutrice diuina gratia, ad vſum, conſuetudinemuè reuocatum, hodie cum ſolemni vocatione Cleri in continuatione ſeſſionis pomeridianæ rectè per eiuſdem ſcrutinij præfectos agi decernimus, atque adicimus: Ideo omnes, & ſingulos, qui officij recitandi lege adſtricti ſunt, breuiarium Romanum, cum Calendario afferre, & exhibere iubemus.

DECRETVM IX.

De præfectis ſcrutinij eligendis.

Scrutinij Synodalis præfectos deligimus N. & N. qui pro ſua quiſq. timorata conſcientia, poſtpoſitis omnibus humanis affectibus in veritate, & ſinceritate, & æquitate, iuſtitiaq. ſuo conſtituto loco ſcrutinium agant.

Porrò Clerus vniuerſus, de quo ſcrutinium agi conſtituimus, non in reſpondendo ſolum; verum etiam in exequendo, ſe tales præſtent, quales eos eſſe ſcrutinij diligentis ratio depoſcit.

DECRETVM X.

De Clero vocando.

Omnes & ſinguli quicunque ſint, qui huic Synodo diœceſanæ præſentes adeſſe debent; qui certo Eccleſiæ nomine vniuersè vocati, ordine bini, & collegiatim ad Ill. Antiſtetem rectè accedant, cui reuerentiam exhibeant.

T 2 Deinde

Digitized by Google

Deinde ſinguli nominatim vocati, capite aperto, & ſtantes modeſta altaque voce reſpondeant. ADSVM.

Inde verò ad Præfectos recognitionis recta via accedant, quibus Breuiaria & Calendaria ex præſcripto exhibeant, & ad præſcriptum ſcrutinij de interrogatis reſpondeant.

Qui ad eos non acceſſerint perinde plectantur, ac ſi ad Synodum nulla iuſta cauſa impediti non venerint.

Interrogati autem ſi quid indecorè vel reſponderint, vel egerint ſinguli à Præfectis ſcrutinij notentur, vt canonicæ ſubijciant diſciplinæ.

DECRETVM XI.

De Cathedratico ſoluendo.

Parochi cum è ſcrutinio redibunt rectè, & ordine accedant ad D.N. cui ſoluant cathedraticum iure debitum, *vel ſi remittitur dicatur.*

Parochis remittimus pro hac vice ſolutionem cathedratici & condonamus. Si velit differre ſcrutinium.

Si ſcrutinium fuerit differendum ſit decretum.

DECRETVM XII.

De differendo ſcrutinium.

Cras ordine, & diligentius Clerus diœceſanus vocabitur, accuratius item ſcrutinium Synodale de eo fiet ad præſcriptum decreti hodie in ſeſſione promulgati.

DECRETVM XIII.

De hoſpitijs.

Omnibus & ſingulis Sacerdotibus Clericiſq; diœceſanis diuerſorium hoſpitiumq; honeſtum, & decretis prouincialibus iuſſum non habentibus ædicimus vt diuerſentur & hoſpitentur in.... quod eis hoſpitium præter ſtatum diuerſorium, eis conſtitutum eſt.

DECRETVM XIV.

De ſolemni defunctorum commemoratione die ſequenti agenda.

Edicimus ex decreto Conc. Prouinc. V. cras pro ſacerdotibus, & clericis, qui poſt proximam Synodum obierunt ſolemnem commemorationem fieri.

Inſtan-

Inſtantia pro indictione ſecundæ ſeſsionis. } fol. 137.
Indictio ſecundæ ſeſs.

Accuſatio contumaciæ.
Decretum contra abſentes. } fol. 136.
Inſtantia pro rogitu.

Oratio mentalis poſt 1. ſeſs.

FRatres Cariſsimi: Conuerſi ad Dominum, puro corde oremus vt preces noſtras in beneplacito ſuo exaudire dignetur: Et quia imperfectum noſtrum quod in Synodi celebritate admiſimus, viderunt oculi Dei; ad miſerationis diuinæ remedia confugiamus, hocque proſtrati precemur, vt ignorantiæ noſtræ parcat erratis; & negligentiæ etiam, quam ex monitis internis decretorum agnoſcimus, & remordente conſcientia tabeſcentes intimo dolore confitemur, indulgeat; & quidquid offenſionis, neglecta Synodali & Clericali ſancta diſciplina, cuius officia inoffenſè præſtare debemus, aliquo modo contraximus, eo condonante veniam conſequamur, & à cunctis abſoluamus noſtrorum nexibus erratorum.

Fratres cariſsimi: ad ſancta officia promerenda diuinæ miſerationis gratia inſpirante conuerſi, toto cordis affectu Deum precemur, vt bonum, quod in nobis à Reuerendiſsimo Antiſtete noſtro, tam incenſo charitatis ſtudio, & officio requiritur, omnino exequamur, vtque prompta cum eo ſolicitudine gradientes, dignè ambulemus vocatione, qua vocati ſumus, omnique in opere bono creſcentes, obediamus ſtudijs Deo placitarum orationum.

Fratres cariſsimi: toto cordis affectu orate, vt in omni humilitate, & manſuetudine ambulemus; vt ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, & Chriſti Domini iugum quod ſuaue eſt, & onus leue patienter portantes, demum hæreditemus cœleſtem terram viuentium, & multitudine pacis æternæ delectemur.

Fratres cariſsimi: Pio internæ deuotionis & orationis affectu, orate pro Sanctiſsimo D.N. Papa N. vt ſpiritualibus amplificetur augmentis, & exemplo, quibus præeſt, proficiat ad vitam ſempiternam.

Secunda die.

FActa conuentione omnium in Eccleſia, ſtata hora, & peroratis precibus in libro Pontificalis præſcriptis; leguntur conſtitutiones ſummorum Pontificum, aliâs non promulgatæ.

Inſtantia promotorum pro eligendis Examinatoribus & Iudicibus.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Pater & Domine.

COncilium Tridentinum Bonifacij VIII. conſtitutioni inhærens ſanciuit, vt in Conc. diœceſanis aliquot perſonæ dignitate præditæ aut per-

perſonatus obtinentes, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici deſignentur, deliganturuè, quibus præter locorum ordinarios cauſæ eccleſiaſticæ ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ vel legatorum eiuſdem committantur, & quæ non alibi quam in Ciuitate vbi poſſit cõmodè copia peritorũ haberi, audiantur.

Decernit inſuper alia conſtitutione Examinatores ſingulis annis in diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius Vicario ad minus ſex proponi debere, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur vt in parochialium Eccleſiarum vacatione tres ex illis ab Epiſcopo deligendi, cum eo examen perficiant. Quamobrem Nos N. & N. huius diœceſanæ Synodi promotores humiliter petimus & inſtamus perſonas, quæ qualitates habeant iuxta Conſtitutiones prædictas & alioqui ad id aptas ab Ill. Amplit. T. deſignari, ita vt in hac Synodo legitime congregata pro huius diœceſis amplitudine Examinatores etiam vltra ſex & Iudices ſex ſaltem probentur eliganturuè, qui huiuſmodi munus examinandi, iudicandiuè ex præſcripto Concilij Tridentini ac Prouincialium præſtent omninò.

Decretum Conc. Trid. circa Examinatores.
Decretum eiuſdem Conc. circa Iudices.
Conſtitutio Bonifacij VIII.
Decretum de Examinatoribus.
} habentur fol. 132. & 133.

DECRETVM XV.

De eligendis Examinatoribus.

SAcro Tridentino Concilio decretum & conſtitutum eſt, quotannis in diœceſanam Synodum ab Epiſcopo viros aliquot idoneos referri debere, qui diligenti examinis ratione, de vita, moribus, doctrina eorum quærant, qui Parochialium Eccleſiarum curationi præficiendi ſunt.

Hoc igitur ipſum decretum nos exequi cupientes, animaduertenteſque pro noſtrę diœceſis amplitudine maiorum Examinatorum numerum requiri, proponimus vobis hos viros 20. quorum nomina à Cancellario de ſuggeſtu pronunciabuntur.

Ex ijs porrò omnibus illos deligi per vos liceat, qui vobis & ſatisfaciant & probati ſint: ita ſcilicet, vt qui dimidiam partem ſuffragiorum, ab ijs, qui ex compromiſſo veſtro delecti ſunt ad ſuffragandum, tulerint, hoc examinandi munus habeant, quouſq. alia Synodus diœceſana celebrabitur. *vel alias proponi poterunt iuxta formulam traditam in alia formula fol. 133. decreto 5.*

DECRETVM XVI.

De Iudicibus.

SAcra item Oecumenica, & vniuerſalis Tridentina Synodus iubet, aliquot viros, eoſq. tales eligi, quales Summi Pont. Bonifacius VIII.

ſua

ſua conſtit. præſcripſit; qui & alioquin ad id apti, & idonei conſtituantur, vt ipſis cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur.

Vt igitur illud ipſum Tridentinum decretum nos exequamur, vobis proponimus ac nominamus hos viros, quibus cauſæ delegentur; itaut quatuor ſaltem ex his, ſuffragijs veſtris pluribus deſignati, munus habeant eiuſmodi cauſas iudicandi, quoad altera Synodus habebitur, *vel alias proponi poterunt vt in ſuperiori formula. fol. 133. decreto 5.*

DECRETVM XVII.

De ferendis ſuffragijs pro electione Examinatorum & Iudicum.

DE ijs, qui vobis propoſiti ſunt, & nominati, tam Examinatores, quam Iudices, à prandio ſuffragia feretis vos, quibus compromiſſum factum eſt. Interea videte quod Examinatores ſine vllo affectu probetis, & deſignetis.

Inſtantia promotorum pro continuatione ſeſs. habetur fol. 131.

Cum ea quæ in hac Synodo &c.

Indictio continuationis ſeſs. habetur fol. 131.

Accuſatio contumaciæ
Decretum contra abſentes
Inſtantia pro rogitu
Rogitus notarij
Monitio ad Synodum

habentur ſuperius fol. 146. & 147.

CONTINVATIO SECVNDÆ SESSIONIS.

A Prandio, ſtata hora, indicta ſono Campanæ, Comitatus Pontifex vt ſupra ab vniuerſo Clero, & peroratis orationibus vt in Pontificali libro, proſequitur actionem Synodalem.

Fit inſtantia à promotoribus pro eligendis examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.

Inſtantia promotorum pro ferendis ſuffragijs.

ILluſtriſs. & Reuerendiſs. Pater & Domine; Inter præcipuas Synodales actiones, ea maximi ponderis eſt, vt Examinatores, qui ex præſcripto Conc. Tridentini proponendi ſunt in diœceſana Synodo ſingulo anno obeunda, non modo proponantur & nominentur; verum etiam ab ipſamet Synodo ij probentur, qui Synodo ſatisfaciant; vt igitur, tam grauis actio quàm diligentiſſime in hac ipſa Synodo expediatur Nos N. & N. *eiuſ-*

Digitized by Google

eiuſdē Synodi Promotores illud humiliter petimus & inſtamus vt Examinatores & Iudices hoc mane ex auctoritate Amplitudinis tuæ Synodo propoſiti,& nominati ſunt,eorum,quorū intereſt,ſuffragijs probentur.

DECRETVM XVIII.

De ferendis ſuffragijs.

SVffragiorum, quæ de Examinatoribus, & Iudicibus ferenda ſunt per eos, quorum intereſt recognitioni præficimus R. N. & N. noſtræ Cathedralis; Accedant igitur ad eos cum ſchedulis ſuffragiorum.

*Si verò propoſiti fuerint iuxta conſuetudinem Patriarchalis Venetæ fit vt ſupra fol.*134.

Inſtantia promotorum de euulgandis Examinatoribus & Iudicibus Synodalibus.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Pater Domine.

VT Synodalium actionum promotio & progreſſio pro noſtri muneris ratione rectè atque ordine fiat; Nos N. & N. Promotores illud petimus & inſtamus vt Examinatores, & Iudices ex auctoritate veſtra Synodo propoſiti & nominati, ac omnium, quorum intereſt, ſuffragijs ſecutis probati, iam demum vt moris eſt, de ſuggeſtu euulgentur.

Euulgatio Examinatorum & Iudicum.

EXaminatores in iſta diœceſana Synodo propoſiti, & nominati,eorum, quorum intereſt, ſuffragijs maiori parte probati ſunt N.N. &c.

Iudices verò in Synodum relati, & maiori ſuffragiorum parte probati ſunt N. N. &c.

Inſtantia promotorum de publicandis conſtit. Pij II. & Pij V.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

SVmma ratione ſanctiſsimè ſanciuit Concilium Prouinc. Mediol. Tertium vt in diœceſana Synodo, quæ quotannis ex Tridentina ſanctione haberi debet, publicentur Conſtitutiones Sanc. mem. Pij II. de Cleric. malè promotis; & Pij V. de Confidentijs beneficialibus, quocirca Nos N. & N. huius Synodi promotores illud enixè ab A. T. inſtamus, vt illas de ſuggeſtu omnino promulgari iubeat.

Decretum de public. Conſtit. Pij II. & Pij V.

SAnctionem à Pio II. contra Clericos æditam, qui ſine Canonica diſpenſatione, extra tempora ſtatuta, vel antè legitimam ætatem,ſe ad aliquem

quem ordinem prouehi procurauerint; Constitutionem item de confidentijs beneficialibus, quam S. mem. Pius V. ædidit in hac Synodo ad præſcriptum Conc. Prouincialis 3. promulgari iubemus.

Conſtitutio Pij II.

CVm ex ſacrorum ordinum collatione, & infra. Cum itaque ſicut fide dignorum relatione, non niſi moleſtè accipimus, quod nonnulli Clerici extrà tempora à iure ſtatuta: quidam ante ætatem legitimam: aliqui verò ſine dimiſſorijs litteris, contra ſanctiones canonicas, ſe faciant ad ſacros Ordines promoueri: Nos eorundem temeritatem tali caſtigatione reprimeutes, vt alijs in poſterum committendi ſimilia aditus præcludatur, auctoritate Apoſtolica, præſenti conſtitutione perpetuò valitura, ſtatuimus, & ordinamus, vt omnes & ſinguli, qui abſque diſpenſatione Canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque litteris dimiſſorijs, etiam citramontani à citramontanis, præterquam ſi in hoc vltimo caſu per Cameram Apoſtolicam iuxtà ipſius ſtilum ordinati fuerint, ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, à ſuorum executione ordinum ipſo iure ſint ſuſpenſi: Et ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant, propter quam, vltrà alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs Eccleſiaſticis, quæ obtinent, poſſint iure priuari.

Conſtitutio Pij V. de confidentijs beneficialibus.

INtollerabilis multorum peruerſitas, & infra. Quare nos volentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere, præſentium auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis quacunq; auctoritate Eccleſiam, vel Monaſterium, aut aliud beneficium Eccleſiaſticum qualecumque ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcunque perſonæ, ſimpliciter, aut cum circuitu retro ceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud, etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittenti, vel alteri poſtea conferantur, aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel alijs concedantur, vel penſiones ſoluantur ex eiſdem, hæc confidentia cenſeatur.

Itidem ſi ordinarius, vel alius Collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunq; contra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue vt de eo prouiſurus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, ſeu penſionem illi, vel illis, quem vel quos idem collator, vel cedens, vel alius per ſe,

vel alios ſcripto, aut verbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat; & pariter ſi à patrono etiam Laico, vel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri.

Ad hæc ſi Clericus prædictæ Cam. aut Cardinalis, aut aliàs à ſolutione iurium ipſius Cam. vel etiam Cancell. Apoſtolicæ exemptus, poſt reſignationem, vel ceſſionem alicuius extranei de Eccleſia, Monaſterio, vel alio beneficio Eccleſiaſtico in ſe Apoſtolica, vel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam, vel illud etiam confectis litteris Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa in eundem reſignantem, vel cedentem, modico ſpacio interiecto, veluti duorum, aut trium menſium, retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, aut Beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum, aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illam, vel illud ipſi Clerico, vel Cardinali, aut alij exempto ſit, fueritue conceſſus.

Poſtremò, ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt, denuò receperit, quacunque auctoritate, Eccleſiam, Monaſterium, vel aliud beneficium Eccleſiaſticum, quod ante, vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſerit, in quouis horum caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta, caſuſq; huiuſmodi litteris prædictis comprehendantur, ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentiæ crimen alterius partis conſcientia ſit admiſſum.

Ad probandam verò plenè confidentiarum abuſum, inter alias, etiam hæ præſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ: videlicet.

Si quis poſt ceſſam ab ſe Eccleſiam, vel Monaſterium, aut Beneficium, & publicatam reſignationem, ſeu ceſſionem, captamq; à ſucceſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius, per ſe, vel alium, ſeu alios, de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicumque ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſerit eorundem.

Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos, Procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

Si, vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationibus menſariorum ex parte dimittendis expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſequuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint.

Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate, de Beneficio Eccleſiaſtico, per ſe, vel alium, ſeu alios, interceſſerit, vel aliàs in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij, de facto, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocumque.

Teſtes autem &c. Decernit vt duo teſtes valeant ſingulas præſumptiones, & coniecturas probare, & quod plures huiuſmodi præſumptiones, & con-

& coniecturæ faciant in prædictis plenam probationem.

Admittuntur criminoſi, & cæteri omnes, qui in caſibus ſimoniæ recipi poſſunt ad perhibendum teſtimonium.

Sed ne quis &c. Decernit tandem huiuſmodi beneficia per confidentiam conſecuta, reſeruata exiſtere diſpoſitioni Apoſtolicæ, confidentiarios autem obtentis beneficijs, penſionibus, adminiſtrationibus, officijs & dignitatibus priuatos eſſe, ac inhabiles ad quaſcumq; in futurum reddi, prout priuat, ac inhabiles ad futura decernit, ac in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodat, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio, quam à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere.

Inſtantia pro publicandis decretis de reſidentia habetur fol. 115.

Decretum de reſidentia.

ECcleſiaſticæ diſciplinæ & tuendæ & reſtituendæ ratio in eo, præter cætera, poſita eſt, vt perſonalis reſidentiæ munus ipſi præſtent, qui Eccleſiaſtica beneficia, præſertim cum animarum cura coniuncta obtinent. Ideo hoc de genere ſacra œcumenica Synodus Tridentina decreta duo ſanciuit, vnum Paulo Tertio, alterum Pio Quinto Pontificibus Maximis.

Quæ duo Decreta quò frequentius hominum mentibus infixa, nulla aut obliuione, aut deſuetudine abolerentur, in omni Concilio, non ſolùm prouinciali, ſed diœceſano promulgari iuſſit.

Quamobrem ea ambo ad Tridentinæ ſanctionis illius præſcriptum in hoc noſtro diœceſano conuentu euulgari, & de ſuggeſtu pronunciari mandamus.

Decreta Conc. Trid. de reſid. habentur fol. 126. & 127.

Decretum Concilij Prouincialis, de reſidentia.

QVoniam verò aliquorum beneficia curata obtinentium ea eſt contumacia, vt neque decretis Tridentini Concilij, neque Epiſcopi ædictis moniti, adduci poſſint, vt beneficiorum ſuorum reſidentiæ præſentes ſatiſfaciant; ſtatuimus, vt Epiſcopus iubeat omnes in Ciuitate, vel Diœceſi beneficium eiuſmodi in titulum, vel commendam obtinentes, ſi in prouincia illi ſunt, ad duos menſes, ſi extra ad tres, ad eadem beneficia accedere, in iiſque reſidere: Ea propoſita in ædicto pœna, vt qui non paruerint, etiam ſi præter Curatum illud beneficium, dignitates, perſonatus, aut dignitates in Eccleſijs etiam Cathedralibus obtineant, præter pœnas, quæ eodem Concilio, & Pij Quarti conſtitutione contra non reſidentes propoſitæ ſunt; ordinum ſuorum munere, officioue ſuſpenſi, & eo beneficio, iure ipſo, priuati cenſeantur.

Tranſacto tempore in ædicto præſtituto, Epiſcopus eos, qui non reſi-

dent, propoſitam priuationis pœnam ſubijſſe declaret.

Interim verò, eos fructus, quos ſuos abſentes non facient: iidem Epiſcopi ſuo arbitratu, aut Eccleſiarum fabricis, aut pauperibus loci adiudicent.

Præterea, qui Eccleſiaſtica quæcumque beneficia obtinent, in quibus & ſi curata non ſunt, tamen reſidere iure, vel conſuetudine debent; ſi muneri ſuo defuerint, in eos Epiſcopus, & illis pænis, quæ à Sacro Tridentino Concilio ſtatutæ ſunt,& alijs,arbitrio ſuo, ſeuerè agat; fructuſque, quibus eodem Concilio mulctandi erunt, pijs locis attribuantur.

Decretum de vit. & honeſt. Cler. Collectum ex Conc. prou. 1. & 4. hoc tit. & de diuin. off. ac ex. 5. de Chori diſciplina.

QVales eos eſſe oporteat, qui diuino cultui ſacriſque Miſterijs conſecrati ſunt; cæleſtis magiſter Chriſtus Dominus docuit illis verbis: *vos eſtis ſal terræ, ac lux mundi*; itaque nihil illos agere, nihil gerere, nihilque præ ſe ferre oportet, quod non ſimplex, caſtum, integrumque ſit, vt modeſtiæ, morum ſanctitatis, ac virtutum denique omnium cæteris exemplum quaſi lumen ipſi præbeant: Quare Clericorum animis nihil frequentius inſigi oportet, quam Canones, decreta, conſtitutiones, vitæ honeſtas, ſanctitas.

Et quoniam Concilijs Prouinc. 1. §. piè & 4. tit. de vit. & honeſt. & 5. de Chori diſciplina multa hoc de genere præſcripta ſunt. Ideo enixè in Domino hortamur, & obſecramus omnes vos, vt aſsiduè ipſum concilium præ manibus habeatis, & quæ ibi præſcripta ſunt diligenter exequamini, præcipuè verò illud curatis cordi ſit, vt ter in hebdomada, aut eo etiam ſæpius, quo, vel loci conſuetudo, vel neceſsitas crebriorem diuini ſacrificij vſum poſtulabit. Miſſæ Sacrum faciant, porrò cæteri Clerici ſingulis menſibus: Diaconi verò, & Subdiaconi, bis ſaltem Sacram Euchariſtiam ſumant in menſe; Parochi autem, quos in hoc negligentes viderint, ad Epiſcopum deferant.

Diuinum officium, qui beneficiati ſunt, vel ſacris initiati, ſine iuſti impedimenti cauſa ne intermittant, memores quod vltrà mortalis peccati commiſsionem, beneficiorum ſuorum fructus etiam ſuos non faciunt, ſed tanquam iniuſtè perceptos in eius Eccleſiæ fabricam, vel pauperum Eleemoſynam erogare debent; & quod ſi XV. dierum ſpatio bis illud ommiſerint, iure beneficio priuari poſſunt: ac proinde Nos monemus tenore præſentis decreti omnes Beneficiatos, vt ad præſcriptum dicti Conc. officium recitent,, & nulla ratione prætermittant: Sacris vero initiati in hoc delinquentes nos ſeueros vltores experientur.

Clerici Cathechiſmum Romanum, Sac. Conc. Trid. & Prouincialia; necnõ Diœceſanas conſtitutiones omnino habeant. Calendarium item pro regulando diuino officio iuſſu noſtro æditum ſibi comparent; ad eiuſque præſcriptum officium diuinum recitent.

Parochi

Parochi nonniſi librum Ritualem iuſſu fœl. rec. Pauli V. æditum in ſacramentis miniſtrandis adhibeant, ſummas caſuum conſcientiæ, & Sermonum libros peruoluant.

Omnes deferant tonſuram; in habitu autem non ſit, nec exquiſitæ elegantiæ cultus, nec nimis abiecta negligentia, & affectatæ ſordes appareant: ſit procul habitus & ornamenti nouitas, ſerici veſtimenti vbique vſus abſcedat, & reliqua, quæ de Clericorum veſtitu eodem Concilio præſcrpta ſunt accuratè exequantur.

Inſtantia promotorum pro eligendis teſtibus Synodalibus & punctatoribus.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

Sacris canonibus cautum eſt vt viri aliquot graues & probati deligantur, qui diligenter animaduertant an aliquod fiat in vrbe ſiue diœceſis, quod ſit correctione emẽdationeuè dignum: Conc. item prouinc. cauetur vt in ſingulis Capitulis punctatores deputẽtur, qui abſentes & errantes punctent: Nos igitur N. & N. huius Synodi promotores illud ab A. T. petimus, vt ad huiuſmodi munus tales eligat, qui valeant ſatisfacere.

Decretum de teſtibus Synodalibus.

Vetus eſt conſuetudo ſacris Canonibus communita, & prouinciali decreto introducta, vt in Synodis ſingulis diœceſanis viri aliquot vita, & moribus graues, atque probati deligantur, qui animaduertant diligenter, an aliquid in vrbe, diœceſinè ſit, quod corrigi, aut emendari debeat; ac ſi quid tale cognouerint, id nobis, vel Vicario noſtro Generali ſignificent; interrogatiq; de aliqua re, quæ emendationem requirat, ſummam integritate referant. Nos propterea vetus illud, ac probatiſsimum inſtitutum ſecuti, huic muneri pręficimus hos viros, N.N. quos iuſſu noſtro de ſuggeſtu pronunciari mandamus: eoſque iuramentum debitum pręſtare iubemus.

Nominantur teſtes Synodales N.N. &c.

Deferuntur ſacræ reliquiæ ſuper quibus iurabunt.

Forma iuramenti præſtandi à teſtibus Synodalibus.

Ego N. teſtis Synodalis à Reuerendiſs. Epiſcopo nominatus, promitto ſpondeo, & iuro, quod amodò in antea, quicquid noui, aut audiui, aut poſtmodum inquiſiturus ſum, quod contra voluntatem Dei, & rectam Chriſtianitatem in diœceſi, vel regione mihi commiſſa, factum ſit, vel futurum erit, ſi in diebus meis euenerit, tantum, vt ad meam cognitionem quocunq. modo, ſi ſciuero,

aut

aut indicatum fuerit mihi Synodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Reuerendiſs. Epiſcopi pertinere, quòd ego, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam vllatenus celabo Reuerendiſs. Epiſcopo, aut eius miſſo, cui hoc inquirere iuſſerit, quandocunque ex hoc me interrogauerit, ſic me Deus adiuuet, & hæ Sanctorum reliquiæ.

Decretum de eligendis punctatoribus.

EDicimus ab vnoquoque ex Vener. Capitulis, tam noſtræ Cathedralis, quàm Collegiatarum eligi punctatores, ſi hactenus electi non ſunt, qui abſentes in libro notent, ac tertio quoque menſe ad nos punctationum notulam deferant, ijque punctatores ad præſcriptam formam debitum iuramentum præſtent.

Formula iuramenti punctatorum.

EGo N. punctatoris officium, quod ſuſcepi, per hæc Sancta Dei Euangelia iuratus, promitto, ac ſpondeo, me fideliter, & ſincerè, quantum in me eſt, executurum. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Decretum de caſibus reſeruatis.

QVoniam expedit, pro temporum varietate, caſus reſeruatos ab Epiſcopo aliquando mutari, ideo, quo plenius caſus nobis reſeruatos omnes norint, Tabellam caſuum huiuſmodi, hoc anno, ſequentem ædicimus, quam ad Conc. Prouinc. præſcriptum publicari mandamus.

Tabella caſuum hic publicatur.

Decretum de Vigilijs & Feſtis.

DIerum feſtorum, qui in Ciuitate, & Diœceſi noſtra, tam ex vniuerſali S. Matris Eccleſiæ mandato, quam de conſuetudine huius diœceſis ſeruari debent, Tabellam euulgari decernimus. Porrò Parochi, tum feſtorum huiuſmodi, tum vigiliarum, & ieiuniorum aliorum dierum obſeruantiam ſedulò procurent.

Tabella feſtorum, & Vigiliarum, publicatur.

Decretum de Vicarijs Foraneis.

DEcreto Prouinciali cautum, antiquoque more iam introductum eſt, vt Epiſcopus quamuis exiſtat in vrbe, poſſit nihilominus externum gregem

gregem ſuæ curæ commiſſum, quaſi præſens intueri, Sacerdotes aliquos in dignitate conſtitutos, aut aliàs idoneos de vitæ honeſtate, ac morum probitate commendatos eligere, quibus Vicarij Foranei nomine tribuat certas ſuæ diœceſis regiones. Nos igitur, quibus ſummæ curæ eſt antiqua inſtituta, & eo magis, quæ prouincialibus decretis ſunt munita, in vſum retinere, infraſcriptos proinde Vicarios Foraneos nominamus, & deputamus cum facultate in patentibus ſibi dandis præſcribenda.

Nominantur Vicarij Foranei pro vnaquaque regione.

Decretum de eligendis, qui interſint congregationibus nomine vniuerſi Cleri Foranei.

SAncta Mediolanenſis prouincialis Synodus prima, vt ſcire debetis, inter cætera, quæ ad rectam bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem ſpectant, ordinauit, vt Clerici diœceſani, cum ad diœceſanam Synodum conueniunt, aliquos eligant, qui eorum nominibus Vrbanæ congregationis Clericorum deliberationibus ad vniuerſum Clerum ſpectantibus interſint; Ideo vos omnes, & ſingulos monemus, vt ad huiuſmodi electionem, & deputationem deueniatis, nobiſque electos deferatis.

Si Epiſcopus nondum elegerit illos de Capitulo & Clero, quos ex decreto Conc. Trid. tenetur pro recto ſeminarij regimine, aut alias, ob cauſam, quæ cum ratione conueniat, velit iam delectos eo munere abdicare, fiet inſtantia à Promotoribus.

Inſtantia promotorum pro eligendis, qui interſint congregationi ſeminarij.

Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Domine.

SAcroſanctum Trid. Concilium ſeſ. 23. cap. 18. ſanctiſſimo ſuo decreto, conſulens rectæ adoleſcentiũ inſtitutioni, ſtatuit vt ſingulæ Cathedrales atque his maiores Eccleſiæ pro modo facultatum & diœceſis amplitudine, certum puerorum ipſius Ciuitatis, & diœceſis, vel eius prouinciæ ſi ibi non reperiantur, numerum in Collegio, ad hoc propè ipſas Eccleſias vel alio in loco conuenienti ab Epiſcopo eligendo, alere, ac religiosè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur, aliaque piè multa ſanciuit, & potiſsimum, vt eligat duos Canonicos, quorum conſilio in ijs vtatur, quæ ad puerorum eiuſdem Seminarij inſtitutionem, diſciplinam, moreſq. attinent.

Et item ad fabricã, & ad mercedẽ præceptoribus & miniſtris ſoluendã, & ad alendam iuuentutẽ, & ad alios ſumptus ac alia, quæ ad inſtituendos vel alendos pueros ſunt deſtinata; decreuit vt Epiſcopus ſub cuius cura eadem applicata cenſentur, duos de Capitulo, quorũ alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur: itemq. duos de Clero Ciuitatis, quorũ alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad Clerum pertineat, adhibeat in conſilium

ſilium conſultationemuè adminiſtrationis temporalium huiuſmodi.

Nos igitur N.& N. huius Synodi Promotores pro executione ſanctionis huiuſmodi illud ab A.T. vehementer inſtamus, quatenus tales eligere velit, prout Spiritus Sanctus ſuggeſſerit, qui tantæ rei grauitati ſatiſfacere poſſint.

Decretum de eligendis ijs, ex Capitulo, & Clero, qui interſint congregationibus ſeminarij.

SAcra Tridentina Synodus cupiens iuuentutem, vel à teneris annis ad pietatem & religionem reformari, ſanctiſſima ſanctione decreuit ſeminarij in ſingulis Cathedralibus & his maioribus Eccleſijs ſeminarij Collegia inſtitui, pro quorum recta adminiſtratione & regimine illud etiam præſcripſit vt Epiſcopus Canonicos duos eligat prout Spiritus Sanctus ſuggeſſerit, quorum cõſilio in ijs vtatur, quæ ad puerorum inſtitutionem & diſciplinam, moreſq. attinent, ac alij duo de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur: duo item de Clero ciuitatis, quorum alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad Clerum pertineat, quos in conſilium adhibeat adminiſtrationis temporalium ipſius Seminarij.

Nos itaque huiuſmodi decretum exequi volentes eligimus DD. N. & N. quo ad inſtitutionem & diſciplinam ipſorum puerorum.

Quo verò ad temporalium adminiſtrationem collegij huiuſmodi eligimus D.N. de noſtro Capitulo, ac A. de Clero. Vobis autem de Capitulo & Clero huiuſmodi mandamus, vt iuxta decretum Tridentinum, vnum omnino eligatis, & ad nos deferatis, quò in Seminarij congregationibus obeundis illos conuocare poſsimus.

Inſtantia pro Indictione tertiæ ſeſs. cum reliquis habentur fol.139.

Oratio mentalis poſt 2. ſeſs.

FRatres carisſimi: Obſecremus Deum omnipotentem, vt Regi *vel* Duci, noſtro N. proſperum, fœlicemquè rerum ſucceſſum dignanter diuina benedictione concedat: vt cui noſtræ, & multarum Ciuitatum, ſtatuum, Regnorum, & gentium gubernacula dedit, eidem cœleſtia arma tribuat, quibus protectus aduerſariorum nefarios conatus conſtringat.

Fratres carisſimi: toto cordis affectu orate, vt hæreticorum feritate compreſſa, Catholica fides vbique ſemper exultans ſumat incrementa.

Fratres carisſimi: toto cordis affectu orate pro Reuerendisſimo Antiſtite noſtro illiuſq miniſtris, quatenus dum manus in bonis operibus eleuant, laborum ſuorum à Deo benedictionem largisſimam conſequantur.

Tertia die.

P*Eroratis precibus vt in Pontificali reaſſumuntur actiones Synodales.*

Decretum

Decretum de legenda conſtitut. Greg. XV.

VT Iudices in hac Synodo diœceſana deputati pro cauſis commiſſarijs & conſeruatorijs Regularium, quæ de ijs conſtituta ſunt, & ſedis Apoſtolicæ auctoritate & robore communita executioni mittantur, litteras Pontificias fœl. rec. Greg. Papæ XV. in hoc diœceſano Conuentu publicè legendas decernimus.

Sanctiſsimus &c. habetur fol. 31.

Monitiones ex Concilijs Prouincialibus.

CHori diſciplina plena religionis eſt, plena pietatis; ac propterea ſanctè ab ijs obſeruanda eſt, qui in eum locum conueniunt ad Dei laudes concelebrandas.

Quare præter illa, quæ iam de illius cultu præfiniuimus, hæc admonemus, quò religioſius non modo excolatur, ſed multis partibus augeatur ſancta eiuſdem chori inſtitutio.

Primò, vt ſtudio quodam intimæ pietatis (cuius ſplendor foris etiam eluceat) vnuſquiſq; vel Canonicus, vel alius miniſter, quicunque ſit, qui chori officijs adſtrictus eſt, ad chori diſciplinam ſe ſe inſtruat.

Antea verò quàm eò conueniat, paululum attentè ſecum cogitet, & loci illius ſanctitatem, & conueniendi cauſam, & diuinarum laudum, quarum munus Angelorum eſt, officia, quæ caſtiſſimè ab omnibus concelebrari oportet.

Hac ipſa in cogitatione firmiter inhærens, ne quicquam quidem mente, animoque concipiet, ab eius loci religione alienum; nedum agat, quod Dei oculos offendat.

Paret ſe propterea etiam atque etiam diligenter, ſancta intimi animi meditatione, & religioſa oratione, vt exteriorem quoque cultum diuinorum officiorum ſalutariter exequatur.

Dum ſuperpelliceum, cappamq; induit, cogitet quàm perſonam ſuſtineat; nempè à ſordibus, labeq. puram, qualem veſtitus ille indicat.

Cum almutiam pelliceam, quod inſigne Canonicorum eſt, humeris, vel brachijs, prout moris eſt, Canonicus imponit; eam cogitationem ſuſcipiat, in ſe reſtinctas, ac planè mortuas eſſe oportere rerum mundanarum affectiones, atque cupiditates; vt eius rei ſignificans eſt illa animalis intermortui pellis, quam de more induit.

Si verò cappam induit, quæ humeros contegit, & brachia quaſi deuincit, ex eo amictu intelligat, ſe repreſſas, quaſiq; deuinctas habere oportere appetitiones; ac ſe totum Dei voluntati accommodari.

Cum igitur ijs chori veſtibus indutus, alium veſtitum, quo foris vtitur, contegat, ſicque aliam perſonam habitu gerat; caueat, nè quicquam, etiam in ſacriſtia agat, admittatvè, quod cum actione non rectè conueniat, ob quam illum habitum induit.

Digitized by Google

Ne in colloquijs quidem ab ea actione alienis ſe occupet; niſi curæ præſit, quæ id neceſſariò poſtulet.

Abſtineat autem ſemper, ſed maximè dum chori veſtibus indutus eſt, vbi ſit vel in Sacriſtia; vel alio loco, à iocis, à ridiculè dictis, facetijſve, à cachinnationibus, à verbis futilibus; atque inanibus, quæ temerè, & imprudenter effunduntur.

In chorum, nè properanter, quaſi diſtributionum quæſtu incitatus, accedat, ſed graui inceſſu.

Dumque ad chorum procedit, quamquam alij comes adiunctus, at quaſi ſolus accedat, in ea meditatione fixus, vt ſecum cogitet, ſe ad chorum, nempe, ad Sancta Sanctorum, vt Canone antiquo cautum eſt, & ad publicæ orationis ſacrificium accedere.

Cum in choro eſt, animum, mentemq; ab omnibus curis, perturbationibus, & cogitationibus à rei, quæ geritur, ſanctitate alienis, quoad eius fieri poteſt, abducat, ſe ſeque totum in Dei cultu colligat.

Illud etiam cogitet, quam ob cauſam eò ſe contulerit; tum ſibi ſtatuat, ſe in conſpectu Dei omnipotentis, & corona innumerabilium Angelorum, & Sanctorum eſſe.

Qua in cogitatione videat, perpetuòque reputet, ſe eò loci conſiſtere, vt Deo ſanctiſſimum cultum, venerationemq; tribuat; atque ab eo, & ſibi, & alijs omne bonum deprecetur.

Conſideret verò ipſum Deum, tanquam patrem, & redemptorem amantiſsimum, optimum, ſapientiſsimum, miſericordioſiſsimum, quique omnia intuens, vbique, & ſemper eſt.

Tum cordis caſtitatem, beneq; orandi donum, & gratiam à Deo ſupplex petat, orationiſq; ſuæ ſacrificium ſimul cum meritis Ieſu Chriſti, & ſanctorum eius, præſertim, cuius memoriam Eccleſia illo die celebrat, ad gloriam ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & ad ſuam, proximorumque vtilitatem dirigat.

Cum pſallendum eſt, primum pſalmi argumentum mente, animoque concipiat.

Obſeruet præterea, quis in pſalmo loquatur, an Deus, an Eccleſia, an pœnitens, an aſpirans ad perfectionem.

Attendat item, ad quem præcipuè ſalutarem affectum pſalmus referatur.

Cum ita ſe religioſè pararit, magna animi attentione ſe ad verba, ſententiaſq; pſalmi accommodet: ita vt laudet, gemat, extimeſcat, ſicut pſalmorum voces indicat; & quod deniq. ore profert, animo primùm concipiat.

Tum verba ſingula notet, interpretationem ſtudio aſſequatur; vnde mens, animuſque ad aliquem ſalutarem affectum incendatur.

Ad verba etiam adiungat animo cogitationem, vel amoris, vel reuerentiæ, vel humilitatis. Atque ita quidem affectum aliquem excitet, vt ſi de virtute verba pſalmi profert, deſiderio accendatur imitationis; ſi de peccatis, intimè doleat, quod in eo ſtatu ipſe fuerit, aut certè proximi eius.

Et

Et ſic de alijs item, quæ pſalmo ſignificantur.

Eam porrò attentionem initio vniuſcuiuſq; pſalmi, orationis, & aliarum diuini officij partium, tum ſingularum horarum canonicarum renouare, atque excitare ſtudeat; præſertim dum illa verba, quæ ad ſanctæ orationis ſpiritum inflammandum valent, pronunciat: *Deus in adiutorium meum intende, &c.*

Itidem faciat, cum aliorſum ſe cogitationibus diſtrahi animaduertit.

In fine etiam vniuſcuiuſque pſalmi ſe ſe excitet, illis verbis: *Gloria Patri, &c.*

In concluſione item orationum cum dicitur: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*: ſpe ſancta erga illum redemptionis noſtræ auctorem ſe ſe confirmet.

Et quoniam attentio valdè admodum excitatur, ſi, quæ quiſq; profert, rectè intelligit; ideo in ea potiſſimum expoſitione pſalmorum aſſiduè verſetur, quæ non varia ſit, ſed quæ tota in excitandis, exercendiſque ſanctis affectibus verſetur.

Cum autem magnus pſallendi fructus in pſalmorum affectibus verſetur; ſiue quis in choro, ſiue priuatim, ſiue ſubmiſſa, ſiue alta voce oret; idcircò certos ſibi locos pſalmorum præfiniat, quibus omnis hæc ratio concludatur.

Loci præcipuè præter cæteros hi ſint, vnde ſalutares affectus exiſtunt: laus Dei: memoria bonorum noſtrorum: commemoratio noſtræ miſeriæ: & reprehenſio male agentium.

Pſalmorum verbis, cum Dei bonitas prædicatur, ad illius dilectionem, & ad gratiarum actionem beneficijs, quæ à diuina benignitate proficiſcuntur, ſe toto animo accendant: Cum illius infinita ſapientia, potentia commemoratur, admiratione afficiatur; tum intimè gratuletur, cum aliquid Dei auxilio, bene geſtum narratur.

Cum bonorum memoria, recordatioq; pſalmorum vocibus excitatur; deſiderium quoddam concipiat illa ſibi, & alijs conſequendi, tum illa eadem à Deo petat, tum in Deo ſpem animo cupiat fore, vt diuina eius ope, non modò quæ bona ſunt, quæque ſalutaria aſſequatur; ſed quæ mala, ac quæ perniciem afferunt, vitet.

Aliquando etiam intimè in Domino gaudeat, ſe bona, Deo iuuante, adeptum eſſe, & mala cauiſſe.

Ex miſeriarum commemoratione timorem concipiat: dolorem, ac humilitatem, cum ſuas cognoſcit infirmitates.

Ex reprehenſione malè agentium, agnoſcat zelum diuinæ vindictæ, & indignationem contra nequitiam. Atque ita quidem ex ſalutaribus his affectibus fructum pſallendi vberrimum capiet.

Peroratis pſalmis, abſolutoque canonicarum horarum officio, paululum tacitus conſiſtat, genibuſque flexis veniam deprecetur, & negligentiæ, & diſtractionis, aliuſvè culpæ, quam in eo præcationis officio admiſerit:

X 2 cumq.

cumq. hoc oret, vt pro Chriſti, totiuſq. Eccleſiæ meritis, orationis ſuæ obſequium, ac miniſterium gratum ſit, atque acceptum.

Si fuerint euulganda decreta noui concil. generalis vel prouinc. aut etiam Synodalia euulgabuntur in fine vltima ſeſs.

Inſtantia pro publicandis decretis Conc. } habentur fol. 138.
Decretum de publicandis.

Inſtantia promotorum pro condendo decreto ſuper executione decretorum de nouo æditorum.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Pater & Domine.

QVò diligentior & cumulatior executio ſit Concil. &c. & Synodi Diœceſanæ, ac adictorum ab amplitudine Tua ad huius Eccleſiæ commiſſa benè gerendæ rationem conſcriptorum. Nos N. & N. huius diœceſanæ Synodi Promotores ab eadem Amplitudine petimus & inſtamus, monita executionis eorum decretorum & aliarum ſanctionum è ſuggeſtu vt moris eſt, promulgari, & omnia alia adici & enuntiari, quæcūq. in hac Synodo diœceſana pro prudentia & charitate ſua Clero diœceſano præſenti conſtituit, quò idem Clerus inſtructior in dies fiat, & ſollicitudinis ſtudio inflammatior ſit ad omnem Eccleſiaſticæ diſciplinæ rectam, cumulatamq. executionem, atque perpetuam obſeruantiam.

Decretum ſuper executione decretorum.

FRuſtrà conderentur leges, vbi earum deeſſet executio, & ea fortè de cauſa Sacri can. decreuerunt vt diœceſanæ Synodi habeantur poſt celebrationem alicuius Concil. vel Generalis, vel Prouincialis, & in eis promulgentur conciliaria ipſa ſtatuta. Nos igitur volentes ea, quæ ad officij noſtri munus incumbunt, quantum in Domino poſſumus adimplere præſenti Synodali decreto, obſeruantiam decretorum, Concilij generalis, prouincialis, ac noſtræ huius Synodi conditorum omnino iniungimus; & diſtinctè mandamus iuxta præſcriptum Sac. can.

Inſtantia promotorum prò concluſione Synodi. } habentur fol. 140.
Decretum ſuper concluſione Synodi.

Decretum indictionis publicæ audientiæ.

VIcarijs Foraneis hodie hora audientiam indicimus, & ijs quoque omnibus, & ſingulis, qui aliquid habent, quòd nobiſcum, aut cum Miniſtris noſtris agant.

Accuſatio contumaciæ.
Decretum contra abſentes.
Inſtantia pro indictione futuræ Synodi. } habentur fol. 140. & 141.
Indictio futuræ Synodi.
Inſtantia pro rogitu.

Oratio

Oratio mentalis post 3. ſeſſ.

FRatres cariſsimi: obſecremus Deum omnipotentem, vt toties, præſertim in hac Synodo nos moniti, & ad Spiritum Sacerdotalem excitati, adiutrice eius diuina gratia, viam latam & ſpatioſam relinquamus, quæ ducit ad perditionem; & diuinæ virtutis dextera deducamur ad illam anguſtam. atque arctam ſpiritualis vitæ ſemitam, quæ ducit ad vitam, illamque viam vſque ad obitum pergamus, quouſque ad Chriſtum Dominum perueniamus, qui eſt nobis via, veritas, & vita. Amen.

Poſtremò fieri poterunt Acclamationes, toto Clero Acclamante.

Acclamationes Cleri in Synodo diœceſana.

Archidiaconus incipit.

DEo Patri miſericordiarum, & Deo totius conſolationis gratiæ.

Clerus reſpondet.

Immenſa eſt miſericordia tua ſuper nos domine, qui conciliorum exercitationibus rectum iuſtitiæ tuæ tramitem, & diſciplinæ regimen iugiter docere dignatus es: tibi laus, tibi honor, tibi gloria, in ſæculum, & in æternum. *Archidiaconus.*

Beatiſſimo N. Papæ, & domino noſtro, ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici, cunctarum gentium obedientia, & Chriſtiani nominis in omnem terram propagatio. *Clerus.*

Domine Deus, Sanctiſſimum Patrem gratia tua cuſtodi, vt eo gubernante, gentes ſancto veræ fidei lumine perfuſæ, in vnum Eccleſiæ tuæ ouile colligantur. *Archidiaconus.*

Reuerendiſsimo Antiſteti noſtro ſalutaris vigilantia.

Clerus. Omnipotens Deus, ſuper Antiſtetem noſtrum benedictionum tuarum dona perpetuò multiplica. *Archidiaconus.*

Sereniſsimo Regi *vel* Duci N. Chriſtianæ religionis defenſori perpetua fœlicitas. *Clerus.*

Æternæ Deus Regem *vel* Ducem noſtrum in amore tuo conſerua, vt cœleſti gratia tua auctus, omni tua benedictione perpetuò dilatetur.

Archid. Populo M. Pax Chriſti æterna. *Clerus.*

Memento Domine Deus in beneplacito populi tui, ac perpetuum tuæ benedictionis rorem illi infunde. *Archidiaconus.*

Nos Dei voluntatem explentes, & ſancta decreta in omni opere bono exequentes, digni reddamur, miſericordia, & gratia magni, & ſummi Sacerdotis Ieſu Chriſti Dei, intercedente ſimul Beata eius genitrice Virgine Maria, Beato N. Patrono noſtro, & omnibus ſanctis.

Clerus. Amen. Amen.

Finitis Acclamationibus dimittitur Synodus cum benedictione, vt in Pontificali: & datur oſculum pacis.

Digitized by Google

Formula prorogationis Synodi.

SYnodum diœceſanam, quæ ex decreto noſtro in Synodo proxima ſuperiore indicta, & in Epiphania Domini iuſſu etiam noſtro in cathedrali Eccleſia ſolemniter denuntiata, & in Calendario adſcripta die .... Aprilis, hoc anno futura erat, prorogamus, ac differimus ad diem .... menſis proximè futuram; In cuius rei fidem &c. Datum &c. *Quod ſi nolit præſcribere diem, dicetur*, differimus in diem arbitratu noſtro ſtatuendam, & alijs litteris ædicendam. In cuius rei fidem, Datum &c.

F I N I S.

Laus Deo, Beatæ Mariæ Virgini, ac Sanctis omnibus.

Digitized by Google

INDEX

Dubiorum, & Decretorum, quæ continentur in hoc Tractatu de Synodo Diœceſana.

Diuiſio tractatus. pag. 3
Caput 1. quid ſit, quomodo diuidatur, & diffiniatur Synodus, & vnde originem habuerit. 4
Cap. 2. à quo: quo tempore: quoties, quomodo, & quo loco debeat Synodus congregari. 5
Dub. 1. An electus, & confirmatus in Epiſcopum, nondum tamen conſecratus poſſit Synodum congregare. 6
Dub. 2. An Epiſcopus nominatus à Regibus poſſit Synodum congregare. 7
Dub. 3. An Epiſcopus electus, confirmatus, & conſecratus, qui tamen nondum eſt adeptus poſſeſſionem poſſit Synodum congregare. 7
Dub. 4. An liceat Capitulo ſed. Epiſc. vac. congregare Synodum. 7
Dub. 5. Quonam tempore congregãda ſit Synodus. 8
Dub. 6. Quoties debeat Epiſcopus celebrare Synodum. 9
Dub. 7. Quomodo ſit congreganda Synodus 10
Dub. 8. An ſit neceſſariò celebranda Synodus in Diœceſi. 10
Dub. 9. An ſit celebranda Synodus in Eccleſia. 11
Dub. 10. Quænam differentia ſit inter legem iuriſdictionis, & legem Diœceſanam. 11
Dub. 11. An Synodus ſit de iure Diœceſano; an de lege iuriſdict. 12
Cap. 3. Quinam ad Synodum venire teneantur, quauè pœna: & an aliqui excuſentur. 12
Dub. 1. Quinam dicantur ſubditi Epiſcopo. 13
Dub. 2. Quinam teneantur venire ad Synodum. 13
Dub. 3. An laici ſint admittendi. 16
Dub. 4. An Vicarius Epiſcopi debeat interuenire in Synodo. 16
Dub. 5. An illi, qui aliàs tenentur venire ad Synodum poſſint tueri ſe aliqua præſcriptione, qua minus teneantur venire. 17
Dub. 6. An teneantur interuenire perſonaliter. 18
Dub. 7. Qua pæna ſint plectendi, qui ad Synodum non veniunt. 18
Dub. 8. An excuſentur in aliquibus caſibus. 18
Cap. 4. Quæ debeant in Synodo tractari, & quomodo ſit abſoluenda, & dimittenda Synodus. 18
Dub. 1. Quæ debeant tractari in Synodo. 19
Dub. 2. An Miſſa de ſpiritu Sancto, ſit neceſſariò celebranda. 20
Dub. 3. An Pſalmus: Saluum me fac, & Litaniæ ſint de neceſsitate ad Synodi celebrationem. 20
Dub. 4. An ſit neceſſarium, vt Epiſcopus ſit indutus Pontificalibus indumentis. 21
Dub. 5. An ſit neceſſe vt ſedeant ordinatim. 21
Dub. 6. Quinam ordo tenendus ſit in ſedendo. 22
Dub. 7. An ſermo, ſiue prædicatio ſit

ſit de forma Synodi. 31

Dub.8. Quaſnam qualitates habere debeant iudices Synodales. 31

Conſtitutio de conſeruatoribus. 31

Dub.9. Quamdiu duret officium iudicis Synodalis, & quot eſſe debeant. 34

Dub.10. An Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui eſt doctor poſſit conſtitui Iudex Synodalis. 35

Dub.11. An ſi aliquis obtinuerit dignitatem, vel canonicatum in Cathedrali in minori ætate 18. ann. ſuper qua fuit diſpenſatus poſſit cōſtitui iudex Synodalis. 37

Dub.12. An Protonotarius Apoſtolicus, qui non ſit Canonicus alicuius Cathedralis, nec obtineat aliquam dignitatem, vel perſonatum in Cathedrali, vel Collegiata poſſit conſtitui iudex Synodalis. 39

Dubium incidens, an valeat deputatio Protonotarij in Iudicem Synodalem, ſi nondum receperat Inſignia. §. ſed ſuboritur. 40

Dub.13. An ille qui aliquam Dignitatem dimiſit, poſſit nihilominus conſtitui Iudex Synodalis. 41

Delegationes quibus fieri poſſint traditur accuratè à §. ſed fortaſſe. 42

Dub.14. Inſignia loca quæ dicantur. 46

Decretum Sac. rituum Congreg. pro Illuſt. communitate Ciuitatis nouæ circa illius inſignitatem, & declaratur eſſe inſigne ad omnes iuris effectus. 47. & 51

Confirmatio eiuſdem decreti per fœl. rec. Greg. XV. 52

Dub.15. Quid iuris ſi quis citetur ad locum non inſignem. 53

Dub.16. An poſſit dari appellatio à ſentētia declaratoria ſuper inſignitate abſque datione arbitri. 53

Dub.17. Si pars citatur ad locum non inſignem ſi non vadat nec appellet, quia putat ſe tutam, an poſſit acquieſcere. 54

Dub.18. An ſit neceſſe vt ſtatuta legantur de verbo ad verbum. 54

Dub.19. An ſit de eſſentia Synodi, vt audiantur querelæ. 55

Dub.20. An ſi aliquæ querelæ porrigantur teneātur reſpondere illi contra quos fuerunt porrectæ quamuis non citentur. 55

Dub. incidens vtrū licitū ſit in cauſis riminalibus appellare. 55

Dub.21. An accuſati habeant ius reuocandi domum. 57

Dub.22. An correctio morum fieri debeat fama præcedente, & præmiſſa inquiſitione. 57

Dub.23. An obedientia, quæ debetur Epiſcopo in Synodo poſſit præſcribi per ſubditos. 58

Dub.24. In quibus conſiſtat obedientia quæ debetur Epiſcopo in Synodo. 58

Dub.25. An omnes teneantur ad obedientiam in Synodo erga Epiſcopum. 58

Dub.26. An ſit de eſſentia Synodi, vt conſtituantur teſtes Synodales. 59

Dub.27. An poſſint plures paucioreſuè teſtes eligi quàm ſeptem. 59

Dub.28. An debeāt huiuſmodi teſtes iurare in principio ſui officij. 59

Dub.29. An ſit credendum Synodalibus teſtibus, vt excludatur omnis exceptio contra eos. 59

Dub. 30. Quare ſoluatur Cathedraticum. 60

Dub.

Dub.31. An liceat fieri in Synodo aliquas pecuniarias exactiones. 60
Dub.32. Si Epiſcopus det generalem exemptionem, an cenſeatur eximere à Cathedratico. 60
Dub. 33. Quantum ſit cathedraticum, & in qua pecunia ſolui debeat. 60
Dub.34. Quid ſeruandum vbi nulla extat conſuetudo ſoluendi cathedraticum. 61
Dub.35. An Epiſcopus poſſit cogere beneficiatos, vt oſtendant de iuribus ſuis, quando non eſt vſus ſoluendi cathedraticum. 61
Dub.36. An Epiſcopus teneatur conſulere Synodum in alienatione rerum Eccleſiarum in ijs caſibus, in quibus de iure poteſt ſine beneplacito Apoſtolico. 61
Dub.37. An Epiſcopus poſſit ſine beneplacito Apoſtolico auferre reliquias ſanctorũ de aliqua Eccleſia ſibi ſubiecta, vel titulari. 61
Dub.38. Quo die celebrandum ſit Paſcha, & cætera feſta mobilia. 62
Dub.39. An beneficiati qui profeſſionem fidei non emiſerunt in Synodo faciant fructus ſuorum beneficiorum. 65
Dub.40. Vtrum huiuſmodi profeſſio fidei poſſit præſtari per procuratorem. 66
Dub.41. An Epiſcopus poſſit facere ſtatuta. 73
Dub.42. An Epiſcopus poſſit facere ſtatuta extra Synodum. 74
Dub. 43. An in condendis ſtatutis præmittẽda ſit cauſæ cognitio. 74
Dub 44. An electus, & confirmatus poſſit condere ſtatuta. 74
Dub.45. An coadiutor cũ futura ſucceſſione poſſit condere ſtatuta. 74
Dub. 46 An in condendis ſtatutis requiratur ſcriptura. 75
Dub.47. An Vicarius poſſit condere ſtatuta, vel aliàs an poſſit delegari poteſtas cõdendi ſtatuta. 75
Dub.48. Capitulum vel eius Vicarius an poſſit condere ſtatuta. 76
Dub.49. An poſſit Epiſcopus ſtatuere contra ius diuinum. 76
Dub.50. An poſſit Epiſcopus ſtatuere contra Concilia Generalia. 77
Dub.51. An poſſit Epiſcopus ſtatuere in præiudicium ſuperiorum, vel inferiorum. 77
Dub.52. Statutum quando dicatur rationabile. 78
Dub.53. An poſſit Epiſcopus facere ſtatuta contra ius Canonicum. 79
Dub.54. Quando iura dicantur modificari. 82
Dub.55. An poſſit Epiſcopus facere ſtatuta contra ius ciuile. 82
Dub.56. An Epiſcopus ſtatuendo poſſit innouare, & declarare ius Canonicum. 82
Dub.57. An cenſeatur reuocatum ſtatutum declaratorium iuris ſi contingat illud ipſum ius reuocari per Papam. 83
Dub.58. An valeat ſtatutum quod eſt conditum conforme conſuetudini, ſed conſuetudo eſt contrà ius. 83
Dub.59. An Epiſcopus poſſit ſtatuere contra conſuetudinem. 83
Dub.60. An Epiſcopus ſtatuendo poſſit apponere pœnam coadiuuando ius commune, 84
Dub.61. An poſſit Epiſcopus apponere pœnam inhabilitatis ad beneficia propter delictum. 85
Dub.62. An Epiſcopus poſſit ſtatuere, vt beneficiati oſtendant ſuos titu-

titulos beneficiorum intra certum terminum, & faciant eos regiſtrare in curia Epiſcopali, & niſi oſtendant poſſit illos priuatos declarare. 85

Dub. 63. *An teneatur Epiſcopus monere ſpecialiter illos, qui priuationis beneficij pœnam incurrerunt ex diſpoſitione ſtatuti Epiſcopi illã inſtigentis ipſo facto.* 85

Dub. 64. *An ſtatutum Epiſcopi concernens priuationem beneficiorum comprehendat beneficiatos habentes beneficia in Diœceſi ſtatuentis, ſi ipſi non reſident in ipſa, ſed in aliena* Diœceſi. 86

Dub. 65. *An Epiſcopus poſſit ſtatuendo imponere pœnas arctatiuas, vel priuatiuas executoribus teſtamentorum ſi non impleant legata, vel præcepta ad pias cauſas, & an afficiat exemptos, ſi ſint executores.* 86

Dub. 66. *Vtrum per pœnam appoſitam à ſtatuto Epiſcopi cenſeatur eſſe receſſum à pœna iuris communis.* 87

Dub. 67. *An Epiſcopus poſſit diminuere pœnitentiam impoſitam à ſummo Pontifice.* 87

Dub. 68. *An Epiſcopus ſtatuere valeat, vt plures pœnæ imponantur pro eodem delicto.* 87

Dub. 69. *An Epiſcopus poſſit ſtatuere tantum circa certos homines.* 88

Dub. 70. *An Epiſcopus poſſit ſtatuere contra propria ſtatuta.* 88

Dub. 71. *An Epiſcopus ſtatuendo poſſit creare nouum delictum, & ſic ſtatuere præter ius.* 90

Dub. 72. *An poſſit Epiſcopus per ſua ſtatuta reſeruare caſus in præiudicium religioſorum mendicantium.* 90

Dub. 73. *An ſemel approbatus ad Vicariatum poſſit reprobari.* 91

Dub. 74. *An Epiſcopus poſſit ſtatuendo probibere ne vllæ litteræ Apoſtolicæ recipiantur, vel approbentur in ſua* Diœceſi *niſi primitus ipſe conſulatur.* 91

Dub. 75. *An Epiſcopus poſſit ſtatuere vt quilibet beneficiatus in ſua* Diœceſi *promoueatur ad ſacros ordines intra certum tempus aliàs priuatus ſit ſuo beneficio.* 91

Dub. 76. *An Epiſcopus poſſit ſtatuta condere abſq; conſenſu capituli.* 92

Dub. 77. *Statuta Epiſcopi quoſnã ligent, & an ligent quoad culpã.* 93

Dub. 78. *An Statutum Epiſcopi liget exemptos delinquentes in loco non exempto.* 93

Dub. 79. *An ſtatutum Epiſcopi liget non exemptos delinquentes in loco exempto.* 94

Dub. 80. *An poſſit Epiſcopus punire delinquentes in ſua* Diœceſi *ſi ipſe erigat tribunal in aliena* Diœceſi. 95

Dub. 81. *An Epiſcopus poſſit punire forenſem delinquentem in ſua* Diœceſi. 95

Dub. 82. *An Epiſcopus poſſit punire ſubditos pro delictis commiſſis extra* Diœceſim. 97

Dub. 83. *An Epiſcopus ſtatuens ligetur ſuo ſtatuto.* 97

Dub. 84. *An Archiepiſcopus ligetur ſtatutis ſui ſuffraganei.* 97

Dub. 85. *An faciens cum Epiſcopo actum prohibitum per eius ſtatutum ligetur.* 98

Dub. 86. *An ſtatuta Epiſcopi ligent ignorantes.* 98

Dub.

Dub.87. *Vtrum ſtatutum Epiſcopi liget parochianos, qui ſunt de parochia alij ſubiecta, ſed exiſtēte in Diœceſi ſtatuta facientis.* 99

Dub.88. *An minores ligentur ſtatutis Epiſcopi.* 99

Dub. 89. *An ſtatutum Epiſcopi liget inſeruientes Papa.* 100

Dub.90. *An ſtatutum Epiſcopi liget in foro contentioſo.* 100

Dub.91. *An teneat deſuetudo ſtatuti errore iuris inducta.* 100

Dub.92. *An iurans ſeruare ſtatuta teneatur ſeruare ea, quæ otentiū moribus non ſunt recepta.* 100

Dub.93. *Vtrum ſtatuta obſcura ligent.* 101

Dub.94. *An ſtatutum priuans beneficijs intelligatur etiam de beneficijs quæ habet contraueniens extra Diœceſim ſtatuentis.* 101

Dub.95. *An Epiſcopus poſsit diſpenſare contra ſua ſtatuta Synodalia.* 101

Dub.96. *Subiectio an probetur ex eo quod quis vadit ad Synodū.* 102

Dub.97. *An poſſit Epiſcopus in ſtatuto apponere quamuis pœnam; & an huiuſmodi ſtatuta Epiſcopi dicantur ſtatuta canonum.* 103

Dub.98. *An poſſit Capitulum tollere ſtatutum confirmatum à Papa ad ipſius Capituli poſtulationem inconſulto Papa.* 104

Dub.99. *An in Synodo diœceſana obeundæ ſint tres ſeſſiones; an verò Epiſcopus poſſit ad libitum abbreuiare vel protrahere actiones Synodales.* 104

Dub.100. *Quomodo ſit claudenda & dimittenda Synodus, & an poſſint publicari decreta Synodi diœceſanæ, niſi prius fuerint præſentata S. Sedi, & ab eadem approbata ſicuti publicari non debent* Decreta Conc. Prou. *inconſulto* **Rom. Pont.** 104

Cap.V. Qua ratione vel formula habenda ſit diœceſana Synodus. 105

Cathalogus eorum quæ ordinari debent in congregationibus antequam fiat Synodus. 106

De diſpoſitione actionum Synodalium. 106

De lectore Synodalium actuum, & decretorum. 106

De fidei profeſsione. 107

De Examinatoribus & Iudicibus Synodalibus. 107

De ratione proponendi Examinatores & Iudices. 107

De Iuramento Examinatorum. 107

De Conſtitutionibus. 107

Decreta Sac. congregationis Conc. Trid. de celebratione miſſarū. 108

Declarationes Sac. Congregationis ſuper decretis de celebratione miſſarum. 114

Deciſiones Sac. Rotæ de Synodo.

Formula habendi Synodum. 123

Decretū de Diſciplina Synodali. 123

Decretum de miniſtris Synodi. 125

Decretum de non inferendo praiudicium. 125

Inſtantia promotorum de legendis Decretis Conc. Trid. ſuper reſidentia & fidei profeſſione. 125

Decretum de public. decre tis Conc. Trid. ſuper reſident. & profeſs. fidei. 126

Decretum Conc. Trid. ſeſs.6. ſuper reſid. 126

Decretum Conc. Trid. ſeſs.23. ſuper reſident. 127

Decretum Conc.Trid.ſeſs.25. cap.1. de Fidei profeſs. 129
Conſtit.Pij IV.de Fidei profeſs. 129
Formula breuior Fidei profeſs. 131
Inſtantia pro continuatione ſeſs. 131
Indictio continuationis ſeſs. 131
Inſtantia pro rogitu. 131
Rogitus. 132
Continuatio 1.ſeſs. 132
Inſtantia pro eligendis Examinatoribus. 132
Decretum Conc. Trid.ſeſs. 24. cap. 18. de examinatoribus. 131
Decretum Conc. Trid.ſeſs. 25. cap. 10. de Iudicibus. 133
Conſtit. Bonif.VIII. cap. 11. de reſcript. 133
Decretum de Examinatoribus, & Iudicibus. 133
Decretum de praefectis ſcrutinij. 135
Inſtantia pro publicandis Examinatoribus. 135
Decretum de publicandis Examinatoribus. 135
Formula iuramenti Examinatorum. 136
Decretum de non diſcedendo è ciuitate. 136
Accuſatio contumaciæ. 136
Decretum contra abſentes. 136
Inſtantia pro Indictione ſecundæ ſeſs. 137
Indictio ſecunda ſeſs. 137
Inſtantia pro rogitu. 137
Rogitus. 137
Seſs. ſecunda. fol. 137
De teſtibus Synodalibus. } *remiſsiue* 137
De punctatoribus.
De Vicarijs Foraneis.
De caſibus reſeruatis. } *remiſsiue.* 138
De feſtis & Vigilijs.
Decretum de eligendis pro congregatione Vrbana. 138
Inſtantia pro publicandis decretis Synodi. 138
Decretum de public. nouis conſtitutionibus. 138
Accuſatio contumaciæ. 139
Decretum contra abſentes. 139
Seſsio tertia. 139
Inſtantia de Clero vocando. 139
Decretum de Clero vocando. 139
Inſtantia pro cõcluſione Synodi. 140
Decretum ſuper concluſione Synodi. 140
Accuſatio contumaciæ. 140
Inſtantia pro Indictione Synodi. 141
Indictio futuræ Synodi. 141
Inſtantia pro rogitu. 141
Rogitus actorum Synodi. 141
Formula habendi Synodum iuxta acta Eccl. Mediol. 142
Decretũ de diſciplina Synodali. 142
Decretum de miniſtris Synodalibus. *remiſsiuè.* 125
Decretum de non inferendo praiudicium. *remiſsiuè.* 125
Decretum de non diſcedendo à Ciuitate. 144
Decretum de collecta in Miſſa. 144
Decretum pro quibus orandum. 144
Inſtantia pro fidei profeſſione. 144
Decretum de profeſs. fidei. 145
Decretum Conc.Trid. 129
Conſtitutio Pij IV. de profeſsione fidei. 129
Decretum Conc. Prouinc. 1. de profeſs. 145
Formula breuior profeſs. fidei. 131
Inſtantia pro continuat. ſeſs. 131
Indictio continuationis ſeſs. 131
Accuſatio contumaciæ. 146
Decretum contra abſentes, 139
Inſtantia pro rogitu, & rogitus. 139
Monitio ad Synodum. 146
Continuatio 1. ſeſs. 146

Inſtantia de Clero vocando. 147
Decretum de ſcrutinio. 147
Decretum de præfectis ſcrutinij. 147
Decretum de Clero vocando. 147
Decretum de Cathedratico ſoluendo. 148
Decretum de differendo ſcrutinio. 148
Decretum de hoſpitijs. 148
Decretum de commem. defunct. 148
Accuſatio contumaciæ. 136
Inſtantia pro indict. ſecundæ ſeſs. 139
Indictio ſecunda ſeſs. 139
Inſtantia pro rogitu & rogitus. 137
Oratio mentalis poſt 1. ſeſs. 149
Seſs. ſecunda. 149
Inſtantia pro eligẽdis examinat. 149
Decretum de eligendis Examinatoribus. 150
Decretum de Iudicibus. 150
Decretum de ferendis ſuffragijs. 151
Inſtantia pro continuat. ſecundæ ſeſs. 131
Indict. ſecunda ſeſs. 131
Accuſatio contumaciæ. 346
Decretum contra abſentes. 146
Inſtantia pro rogitu & rogitus. 147
Monitio ad Synodum. 146
Continuatio ſecunda ſeſs. 151
Inſtantia pro ferendis ſuffragijs. 151
Decretum de ferendis ſuffragijs. 152
Inſtantia pro euulgandis Examinatoribus. 152
Inſtantia pro publicandis conſtit. Pij II. & Pij V. 152
Decretum de public. conſtit. Pij II. & V. 152
Conſtitutio Pij II. de cler. male promotis. 153
Conſtitutio Pij V. de confidẽtijs. 153
Inſtantia pro legendis decretis de reſidentia. 125
Decretum de reſidentia. 154
Decretum Conc. Trid. de reſid. 125
Decretum eiuſdẽ Conc. de reſid. 126
Decretum Concil. Prouinc. de reſidentia. 154
Decretum de vita & honeſt. 155
Inſtantia de eligendis teſtibus Synod. & punctatoribus. 157
Decretum de teſtib. Synod. 157
Formula iuramenti teſtium Synodalium. 158
Decretum de eligendis punctatoribus. 158
Decretum de caſibus reſer. 158
Decretum de Vigilijs, & feſtis. 158
Decretum de Vicarijs Foraneis. 158
Decretum de eligendis pro congregationibus. 159
Inſtantia pro eligendis ad inſtitutionem ſeminarij. 159
Decretum de eligendis pro ſeminario. 160
Inſtantia pro indict. tertiæ ſeſs. 139
Accuſatio contumaciæ. 146
Decretum contra abſentes. 139
Inſtantia pro rogitu. 139
Oratio mentalis poſt ſecundã ſeſs. 160
Seſs. tertia. 160
Decr. de legenda conſt. Greg. XV. 161
Monitiones ex Conc. prouinc. 161
Inſtantia pro executione decr. 164
Decr. pro execut. decretorum. 164
Decretum Indictionis pub. audientiæ. 164
Inſtantia pro concluſ. Synodi. 140
Decretum ſuper concluſione Synodi. 140
Accuſatio contumaciæ. 140
Inſtãtia pro indict. futuræ Synodi. 140
Indictio futuræ Synodi. 141
Inſtantia pro rogitu. 141
Oratio mentalis. poſt 3. ſeſs. 165
Acclamationes. 165
Formula prorogationis Synodi. 166

INDEX

Omnium rerum, quæ in hoc Tractatu de Synodo continentur.

A

Abbas exemptus ſedet ante non exemptos. c.4. d.6.num.5.
Abbas in his decretalibus nominatur primo loco poſt Epiſcopum. c.4.d.6.n.27.
Abbas an ſit nomen dignitatis. c.4. d.6. n.32.
Abbas non debet curare de honoribus. ibidem. n.34
Abbas S. Petri Bergolij Alexandr. non præcedit canonicos cathedralis. c.4.d.6.n.36
Abbas præſente Epiſcopo non poteſt vti ornamento quod cõuenit Epiſcopo. c.4.d.6.n.46
Abbas accedens ad Synodum præbet ſignum ſubiectionis Epiſcopo. c.4. d.6. n.50
Abbas non poteſt inſtituere præſentatos niſi præuio examine inito coram Epiſcopo. c.4.d.6.n.50
Abbates quando teneantur ire ad Synodum. c.3.d.2.n.5
Abbates Ciſtercienſes non tenentur ire ad Synodum. ibidem.n.7
Abbates quo loco ſedeant in Synodo. c.4.d.6.n.5.ſed contra n.11.& ſeq. vbi late agitur de præcedentia Abbatis & Vicarij. n.15
Abſolutio ad cautelam quando non detur à cenſuris. c.4.d.59.n.7
Abſolutio an poſſit impertiri ſuper caſu reſeruato tempore commiſſionis, ſed non tempore confeſſionis. c.4.d.69
Accedere ad Synodum eſt ſignum ſubiectionis. c. d.6.n.49
Accuſati an habeant ius reuocandi domum. c.4.d.21
Acta tradenda ſunt intra triginta dies gratis. c.4.d.20 n.16
Actum prohibitum faciens cum ſtatuente an peccet. c.4.d.85
Actus bini imo vnicus ſufficit in materia præcedentiæ. c.4. dub.6.n.55
Actus, qui requirit pro forma præſentiam corporalem an poſſit expediri per procuratorem. c.4. d.40.n.31. & 32
Adultus quando poſsit conſtitui iudex. c.4. d.11.n.4
Ætas quæ requiratur in doctorando. c.4.d.10.n.11
Ætas quæ requiratur in prouidendo de dignitate. c.4.d.10.n.10
Ætas quæ requiratur in iudice. c.4. d.10. n.11. verſ. cum itaque.
Ætate minores minoris etiam diſcretionis præſumuntur. c.4. d. 11. n.10. verſ. porrò.
Ætas quæ requiratur in Canonico collegiatæ. c.4.d.75.n.3
Ætas quæ requiratur in prouidendo de dignitate vel Canonicatu in Cathedralib. c.4.d.10.n.10
Annibal Carus. c.4.d. 14.n.18
Antiſiodorenſis Synodus quando fuerit celebrata. c.3.d.4.n.1.
D. Antonius Riceiuolus euectus ad Epiſcopalem dignitatem. c.4.d. 40. num. 28.

Apo-

Apoſtolicæ litteræ an recipiantur inconſulto Epiſcopo. c.4.d.74
Appellatio an detur à declaratione ſuper inſignitate. c.4.d.15.n.1.& 2
Appellatio non datur à pœna impoſita per ſtatutum. c.4.d.60.n.9
Appellatio datur à declaratoria quod quis incurrerit cenſuras iuris. c.4.d.60.n.10
Appellatione Synodi quid veniat. c.1.n.6.
Appellare an ſit licitum in cauſis criminalibus. c.4.d.20.n.3
Appellare non poteſt reus ante diffinitiuam. c.4.d.20.n.3
Appellatio eſt remedium inſtitutum ad innocentiæ præſidium. c.4.d.20.n.4
Appellationi quando Epiſcopus deferre non teneatur. c.4.d.20.n.5
Appellare non poteſt reus confeſſus. c.4.d.20.n.7.
Appellatio quando obſtet iudici nec ne. c.4.d.20.n.7
Appellatio admitti poteſt vbi reus non eſt confeſſus. c.4.d.20.n.8. *ſed reus tenetur præſtare cautionem idoneam vel facere depoſitum.* c.4.d.20.n.8
Appellans infra ſex menſes cauſam ſuam proſequi & expeditionem facere debet. c.4.d.20.n.11. *alioquin iudex procedit ad inſtantiam fiſci.* n.12
Appellatio adinuenta eſt in remedium contra iniuriam iudicum. c.4.d.20.n.13.
Appellantibus tradenda ſunt acta & cauſæ expediendæ ſunt ſub refectione damnorum, & intereſſe. c.4.d.20.n.14
Approbatus ſemel an poſſit reprobari. c.4.d.73
Arbitrium iudicis debet eſſe regulatum. c.4.d.14.n.11
Arbitrio cuius iudicis relictum ſit iudicare de inſignitate. c.4.d.14.n.3.& 4
Archidiaconus in Synodo vbi ſedeat. c.4.d.6.n.64. *quando dicatur oculus Epiſcopi* n.65. *an debeat eſſe doctor.* n.66
Archidiaconus Alexandriæ obit functiones Epiſcopales abſente Epiſcopo. c.4.d.6.n.72
Archiepiſcopus quando poſſit congregare Synodum prouincialem. c.2.d.1.n.2
Accipit poteſtatem per palium. n.3
Poteſt ſuſpendere Epiſcopum non congregantem Synodum. c.2.d.3.n.6.& 7
Non poteſt remouere ſuffraganeum ibidem. c.2.d.3.n.7
Negligens in conuocando Conc. prouinc. excitatur à Papa. ibid.n.8
Vtrum ligetur ſtatutis ſuffraganei. c.4.d.84
Habet ordinariam iuriſdictionẽ in Diœc. ſui ſuffraganei. c.4.d.84.n.2
An ratione delicti fiat ſubditus ſuffraganei. ibid.n.3
Quando poſſit puniri ab Epiſcopo propter delictum. ibid.n.4
Quomodo ligetur ſtatutis ſuffraganei. ibid.n.6
Archipresbyter in Synodo quo loco ſedeat. c.4.d.6.n.67
Argumentum à iuramento ad matrimoniũ non valet. c.4.d.40.n.15
Ars debet imitari naturã. c.4.d.6.n.30
Auguſta corruſcat radijs imperatorijs. c.4.d.6.n.31.& 45
Auguſtinus Barboſa defenditur quatenus dicit fidei profeſſionem emitti poſſe per procuratorem. c.4.d.40.

Digitized by Google

d.40. per totum laudatur. n.29
Auſterus poteſt quis eſſe circa vitam, ſed benignus in alios. c.4. d.60. n.13

B

Benedictiones, & conſecrationes calicum nõ competunt niſi Abbatibus benedictis, & ſolum ad vſum ſuarum Eccleſiarum. c. 4. d.6. n. 59. *imò neque benedictiones verbales ſine ſacra vnctione eis competit ad vſum aliarum Eccleſiarum.* n.60
Beneficiati omnes tenentur præſtare iuramentum in Synodo prouinc. vel diæceſana, quæ primo quoque tempore celebrabitur poſt illorum prouiſionem. c. 4 d. 39. n. 12. *an priuetur fructibus ſi non præſtant.* n.15
Beneficia ſimplicia obtinentes tenentur ire ad Synodum. c.3.d.2.n.16. *declaratur hoc habere locum vbi agatur de reformatione morum aliàs ſecus quia non ſubſunt Epiſcopo iure diœceſano.* n.19
Beneficiati poſſunt cogi per Epiſcopum, vt oſtendant de iuribus quando non eſt vſus ſoluendi cathedraticum. c.4.d.35.n.1
Beneficiati an arctentur ſtatutis Epiſcopi in quibus mandatur vt oſtendant titulos ſuorum beneficiorum, & faciant eos regiſtrare intra certum terminum. c.4.d.62

C

Canonicatus dicitur eſſe ſimplex beneficium. c.3.d.2.d.18
Canonici qui vocem non habent in capitulo non ſunt vocandi ad electionem. c.4.d.11.n.7
Canonici Cathedralis an teneantur intereſſe Synodo. c. 3. d. 2. n. 21. *ſed limitatur.* n. 26. & 27. *ſunt vocandi de neceſſitate.* n.21. *præferuntur Abbati.* c.4. dub. 6. n.34. *in Synodo vbi ſedeãt.* n.73. *poſſunt eſſe delegati Papæ.* c.4. d. 10. n.6. & d.13. n. 23. *non debent eſſe minores 22. anno* c.4.d.10.n.10. *præſumuntur habere ſciẽtiam.* c. 4. d. 13. n. 24. *vocantur fratres Epiſcopi* pag. 118. n. 3. *in deciſ. non ſub ſunt Epiſcopo iure diœceſano, quia non tenentur ad Cathedraticum.* c.3. d.2. n. 19. *non accedunt ad circulum Coadiutoris.* c. 4. d. 45. n. 8. *fidei profeſſionem emittere tenentur in manibus Epiſcopi & Capituli.* c.4.d.39.n.5. & 7. *aliàs non faciunt fructus* n.5. *dicuntur Clerici primi gradus.* pag. 121. n.1. *in* 2. *deciſ.*
Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non tenentur ire ad Synodum. c.3. d.2. n.18. *dicũtur Clerici ſecundi gradus.* ibid. *dicuntur habere beneficia ſimplicia.* ibid. *in Synodo ſedent loco.* c. 4. d.6. n. 74. *non vocantur ad Conc. prouinciale* c.3. d.2.n.19. *olim eis committebantur cauſæ per delegationem.* c. 4. d. 10. n.7
Canonicus Eccleſiæ collegiatæ qui eſt Doctor non poteſt conſtitui iudex Synodalis. c.4. d.10. n.25. & 27. *vbi traditur in puncto declaratio Sac. congreg.*
Capita Collegiatarum quæ habent curam animarum tenentur ire ad Synodum. c.3.d.2.n.20
Capitulum Cathedralis dicitur facere congregationem. c. 1. n.15. *præcedit cætera capitula.* pag.118. n.2. *in deciſ.*
Capitulum Eccleſiæ collegiatæ dicitur

Digitized by Google

citur facere congregationem. c.4.d.
*num.*14.
Capitulum ſede vac. poteſt congregare Synodum. c. 2. d. 1. n.7. *intellige vt poſſit per Vicarium eligendum ad for. Concil. Trid.* c.2. d. 4. n. 1. *vbi affertur decla. Sac. congreg. ſortitur iuriſdictionem Epiſcopi.* c.4.d.48.n.3.
Capitulum ſi contradicat ſtatutis quando impediat. c.4.d.76.n.3
Capſulæ cum inſcriptione Eleemoſyna pro Miſſis tollendæ. pag. 110. n.7. *non auferentes an pœnam interdicti incurrant.* pag. 116. n.12. *negatiua eſt reſolutio, quæ capſula comprehendantur.* n.13
Cappa eſt tantum ornamentum. c.4. d.45. n.5.
C. nimis de priuil. quomodo intelligendum. c.4. d.78.n.6
C. Statutum de reſcript. in 6. non concludit ſufficere vt quis ſit Canonicus Cathedralis vt valeat cōſtitui delegatus. c.4.d.11.n.8
Cardinalis ſuccedens Epiſcopo non Cardinali an poſſit conferre beneficium quod vacauit in menſe reſeruato tempore anteceſſoris. c.4.d.70. n.6
Caſus reſeruatus tempore commiſſi peccati an poſſit abſolui ſi tempore confeſſionis ſit reuocata reſeruatio generaliter. c.4.d. 70.n.6
Caſus in quibus tenetur Epiſcopus ſequi conſilium Capituli. d. 76.n.5. *& ſeq.*
Cathedralis Eccleſia eſt dignior cæteris. pag.118. *in deciſ.* Rot. n.1. *habet iuris aſſiſtentiam pro ſe.* pag. 119. n.7
Cathedraticum quare ſoluatur. c.4. d.30.n.1
Vocatur Synodaticū. c.4.d.30.n.2
Soluitur in ſignum bonoris & ſubiectionis. c.4.d.32.n.2
Sunt duo ſolidi. c.4.d.33.n.1
Non poteſt præſcribi in totum. c. 4.d.33.n.5
In qua pecunia ſit ſoluendum vbi nulla eſt conſuetudo. c.4.d.34
Cauſæ ſpirituales, aut ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes, vel certè per ſanctam ſedem delegandæ, committi debent nonniſi Eccleſiaſtica dignitate præditis, aut habētibus Perſonatum, vel Canonicatū in Cathedralibus. c.4.d.8.n.2
Cauſæ poſſunt commiti illiterato, qui habeat conſuetudinem, ſiue peritiam iudicandi. c.4.d.10.n.15
Cauſæ non poſſunt audiri niſi in loco inſigni. c.4.d.10.n.17
Cauſæ nō poſſunt cognoſci in loco nō inſigni quãuis ibi ſint Clerici periti, qui poſſint ſufficere delegato & parti pro opportunis conſilijs. c.4.d.10.n.19
Cautela pro euitanda excommunicatione vt hic. c.4.d.79.n.6
Cautio de implicandis pecunijs relictis pro celebratione miſſarum. pag.109.n.6.
Cenſura cuius oblitus fuit pœnitens inter confitendum an cenſenda ſit abſoluta. c.4.d.70.n.7
Ceremonialis liber relinquit thurificationem Vicarij Epiſcopi conſuetudini. c.4. d.6. n. 37. *refertur declaratio ſac. congreg.* n.38
Ceremonialis liber poteſt allegari vti authenticus. c.4.d.6.n.38
Circuli qui fiunt Epiſcopo ſignificant vnionem membrorum ad caput. c.4.d.45.n.8
Citatio ad locum qui ambigitur

quod ſit inſignis, an teneat. c.4. d.15.n.2

Citatio ad locum clarè inſignem tenet. c.4.d.15.n.2

Citatio non requiritur in condendis ſtatutis. c.4.d.43.n.3

Citatus extra locum inſignem quid faciet. c.4.d.17.n.2

Ciuitas quamuis non ſit magna nec habeat peritos eſt locus aptus vt in ea audiatur cauſa.c.4.d.10.n.21

Clauſula non obſtantibus conſtit. Apoſtolicis cum derogatione &c. apponit Sac. Cong. Concil. Trid. ex ſpeciali auctoritate Papæ. pag. 113.n.11. de celebrat.miſſarum.

Clerici ſimplices ſedent. 14. loco.c.4. d.6. n.79

Coadiutor Epiſcopi cum futura ſucceſſione non poteſt pontificaliter ingredi Ciuitatem ex decl.S.Congreg. c.4. d. 45. n. 1. non debet cognoſci tanquam ſuperior. n.2.non debet vti cruce in diuinis.n.3. caret dignitate & iuriſdictione. n. 4. poteſt vti cappa abſente Epiſcopo, ſecus preſente. n. 5. & 6. nunquam poteſt vti mozeta,& rocheto etiam abſente Epiſcopo. n.7. non poteſt benedicere populo per Ciuitatem ſine licentia Epiſcopi nec dare Indulgentias. n.9.

Collector poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4. d.13. n.32. habet dignitatem cum iuriſdictione. ibidem.

Collegium non efficiunt pauciores quam tres, licet poſſit ſuſtineri per vnum. c.4.d.13.n.43.& 44

Comendatarius perpetuus poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4.d.13.n.38

Concil. Baſilienſe non eſt receptum ab Eccleſia Romana. c.2.d.5.n.5. ſed Felin. illud allegat, & etiam D. Antoninus ante tamen ſciſſuram. n.6

Concil. Prouinc. poteſt etiam bis in anno celebrari c.2. d.6. n.9. non poteſt conuocari per Vicarium Archiepiſcopi, ſed per antiquiorem ſuffraganeum. c.4.d.43.n.35

Conc. prouinciale, non arctat extra prouinciam. c.4. d.39.n.19

Concil. Trident. quare loquutum ſit in plurali dum ſtatuit eſſe celebrandas Synodos Diœceſanas. c.2. d.6. n. 2. non admittit ſimpliciter doctores ad cauſas delegandas. c.4.d.10. n.8

Concil.Trid. ſeſſ.25.de ref. c. 2. non priuat fructibus illos, qui iuramentum non præſtant in Synodo. c.4.d.39.n.16

Conſtitutio Pij IV. de profeſſione fidei quos comprehendat. c.4.d. 39. n.18

Concuſſionis crimen quale. c.4. d.31. n.2.& 4

Congregatio in deſcriptione Synodi ponitur loco generis quia ſub ea comprehenditur Synodus. c. 1. n. 12. plura comprehendit quam Synodus. n.16

Conſenſus partium an operetur vt minor poſſit iudicare. c. 4. d. 10. num. 12

Conſenſus partium an operetur vt cauſa poſſit cognoſci in loco non inſigni. c.4. d.10. n.18. vbi negatiua eſt reſolutio.

Conſenſus capituli in ſtatuto de non locando decimas in tota diœceſi non validat ſtatutũ. n.4.d.51.n.5

Cõſenſus capituli colleg. an ſit requirendus per Epiſcopũ in alienatione rerũ Eccl.collegiatæ.c.4.d.36

Con-

Conſenſus capituli an ſit neceſſarius in ſtatutis Epiſcopi. c.4.d.76.n.1

Conſenſus vbi expreſſus requiritur taciturnitas illum non operatur. c.4.d.51.n.9

Conſeruatoriæ non poſſunt committi niſi conſtitutis in dignitate & electis in iudices Synodales. c.4. d. 10. n. 23. *poſſunt committi Vicario Epiſcopi* d.13.n.13. *habent poteſtatem cõtentioſæ iuriſdictionis.* n.14

Conſilium capituli non tenetur ſequi Epiſcopus, & hoc an ſit ſemper verum. c.4.d.76.n.4. *referuntur caſus in quibus debet ſequi.* num.5

Conſtitutio Synodalis non debet præſumi vſu recepta eo quod ſit impreſſa quando à ſui principio detegitur vitioſa. pag. 120. n.12. *ſi eſt contra ius non valet.* pag. 122. n.6. *an poſſit præiudicare* Canonicis *ſucceſſoribus ſi facta fuit cum conſenſu* Capituli. *Rota relinquit ſub dubio.* pag.122.n.9

Conſuetudo interueniendi Synodo inducitur per decennium. c.3.d.2. n. 32. *limitatur in Abbate exempto non habente populum vel capellas ſub ſe.* c.3.d.2.n.3

Conſuetudo poteſt induci tam ſupra modo, & tempore ſoluendi, quàm ſuper qualitate monetæ, & etiam ſuper diminutione vel augmento cathedratici. c.4.d.33.n.5.&.6

Conſuetudo non valet contra ea quæ sũt reſeruata ex priuilegio Principis. c.4.d.51.n.3

Conſuetudo eſt optima legum interpres. c.4d.58.n.2.

Conſuetudo etiam iuramento firmata tollitur per ſtatutum, quia non ſit tamen contra legem ſuperioris, & ſit reductio ad ius commune, quod eſt quid fauorabile. c.4.d.59. n.2.& ſeq.

Conuentualis Eccleſia quæ dicatur. c.4.d.13.n. 42

Conuocatio Synodi eſt meri imperij. c.2.d.1.n.6

D

Debeant verbum importat neceſſitatem. c.3.d.2.n.20

Decimæ exigi poſſunt in Synodo c.4.d.31.n.3

Declaratio Sac. congreg. rit. & fal. rec. Greg. XV. ſuper inſignitate oppidi & collegiatæ S. Pauli Ciuitatis nouæ quoad omnes iuris effectus. c.4.d.14.n.9.& circa fine.

Decreta Conc. *Prouinc. non debent publicari inconſulto Rom. Pont.* c.2.d.5.n.4. *affertur declarat. Sac.* Congreg. & c.4.d.100.n.4

Decreta Conc. *Baſilienſis non ſunt recepta ab Eccleſia Romana.* c.2 d.5.n.6

Decreta Congreg. Conc. *de celebr. miſſarum legenda ſexto quoque menſe fer. 2. poſt 1. Dom. Aduent. & 6. poſt oct.* Corp. Chriſti. pag. 112.n.10

Decreta Sac. Congreg. de celebrat. miſſarum declarare vel interpretari penitus vetitum eſt. pag. 112. n. 10. *verſ. omnibus. quas perſonas comprehendant.* pag.117.n.18

Decreta Synodalia non ſunt de neceſſitate publicanda de verbo, ſed ſufficit vt legantur ſubſtantialia. c.3.d.3.n.5. *neque egent confirmatione Apoſtolica.* c.4.d.100.n.4

Decretum Sac. cõgreg. rituũ pro oppido Ciuitatis nouæ. c.4.d.14.n.9

Delegati qualitas attenditur de tem-

tempore commiſſionis c.4. d.13. n.46. & ſeq.
Delegatus ſi tempore præſentationis commiſſionis renunciauerit dignitati an poſſit procedere c.4.d. 13. n.48. & ſeq.
An poſſit ſubdelegare non conſtitutum in dignitate. c.4. d.13.n.53. & ſeq.
Delegatus Epiſcopi non debet de neceſsitate eſſe conſtitutus in dignitate. c.4.d.13.n.58
Delegatio licitè ſit Vicario Epiſcopi c.4. d. 13. n.10.
Vicario capituli ſede vac. n.16
Canonico cathedralis. n.23. limita num.30
Protonotario. n.34. & 36
Commendatario perpetuo. n.38
Priori, vel Guardiano ord. mendicantium. n.40
Delegatio non ſit Vicario inferioris prælati. c.4.d.13.n.21
Vicario Foraneo. n.22
Canonico cathedralis regul. n.30
Canonico in minori ætate 22. annorum conſtituto quamuis diſpenſato. n.31
Canonico collegiatæ quamuis doctori. n.45
Simplici clerico, vel Sacerdoti. n. 21. niſi ſiat ex certa ſcientia. n.22
Delegatus Papæ debet eſſe in cõgrua ætate & habere dignitatem vel Canonicatum in cathedrali Archidiaconus in c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.
An poſſit citare extra locum ſuæ delegationis c.4.d.81.n.6. & n.9 an petat licentiam ab ordinario. c.4.d.81.n.8
Delinquens extra Diœceſim an poſſit puniri à ſuo Epiſcopo. c.4.d.82
Dictio maximè importat idem eſſe in contrarijs. c.3.d.2.n.19
Dies in ſtatutis non eſt de eſſentia apponendus. c.4.d.46.n.3
Differentia quæ ſit inter corrigere, mutare, modificare, vel diſpenſare. c.4.d.54.n.2.& ſeq.
Dignitates quibus cura animarum annexa non eſt ſidei profeſsionem emittere non tenentur c.4.d.39.n. 10. idem de obtinentibus canonicatus in collegiatis etiam inſignibus ibid. idem de habentibus beneficia ſimplicia. n.11
Dignitas arguitur eſſe maior ex priori denominatione. c.4.d. 6.num.4
Dignitas Eccleſiaſtica non confertur ſine examine. c.4.d.12.n.7
Dignitas quæ per ſe eſt excellens numeroſitate vileſcit. c.4.d.12.n.13
Dignitas in protonotario ſtat de per ſe. c.4.d.12.n.16
Dignitas dimiſſa relinquit in dimittente reliquias & honoraria veſtigia. c.4.d.13.n.2
Dignitas quæ prætio fuit acquiſita nullas relinquit reliquias vel veſtigia dimittenti. c.4.d.13.n.5
Dignitates in Synodo debent eſſe indutæ ſuis indumentis. c.4.d.4.n.2
Dignitates, qui obtinent Delegati licitè fiunt ad cauſas. c.4.d.8.n.1
Dignitatis ordo attendi debet. c.4. d.5.n.2
Diœceſis ſignificat ciuitatem, & comitatum. c. 1. n. 7. in reſcriptis comprehendit tantum comitatum.
Diſpenſare an poſſit Epiſcopus ſuper incompatibilitate beneficiorum. c.4.d.50.n.3
Diſpenſare in ſtatutis quid ſit. ibid. d.54. num.6

Digitized by Google

Diſpenſati in pupillari ætate non ſunt vocandi ad electionem. c.4. d.11.n.7

Diſpenſatio non extenditur ad conſequentiam actus diſpenſati, & ſic inhabilis ad iudicandum non ſit delegatus. c.4.d.11.n.5

Deſſuetudo ſtatuti errore iuris inducta an teneat. c.4.d.91

Doctor, vt eſt doctor, non poteſt conſtitui iudex Synodalis. c.4. d.10. num.8

Doctor dum conſulit videtur propriam vtilitatem proſequi, quæ aliquando facit deuiare homines à vero, & dare contraria conſilia. c.4.d.6.n.52

Doctor eſt nobilis, & præfertur ei, qui nobilitatem non à ſe, ſed à parentibus accepit. c.4.d.14.n.15

Doctoratus & accademia reddunt locum inſignem. c.4.d.14.n.13

Doctoratus dignitas in Italia eſt contemptibilis, quia paſſim omnes promouentur ad illam. c.4. d.12.n.14

Doctores an ſint comprehenſi in c. ſtatutum de reſcrip. in 6. itaut poſſint delegari ei cauſæ à Papa. c.2.d.10.n.2

E

Eleemoſynæ maiores ſolitis pro celebratione miſſarum ſunt integrè dandæ ſacerdoti celebranti. pag.116.n.9.

Eleemoſynæ nouæ an poſſint accipi ab ijs, qui acceptis non ſatisfecerint. pag.116.n.10

Eleemoſynam quando ſit licitum accipere, quamuis iam acceptis non ſit ſatisfactum. ibid.n.11. & 14

Eleemoſynæ etiam ſponte oblata pro miſſis celebrãdis an accipi poſſint ſi, oneribus antea impoſitis ita ſatisfactum eſt vt noua ſuſcipi poſſint. pag.110.n.7

Eleemoſynæ ſeu obuentiones ſingularibus religioſis aſſignatæ vel permiſſæ, in communem vſum deinceps ſunt conferendæ. pag. 111.n.8.

Eleemoſyna quando poſſit præſcribi ab Epiſcopo. pag.115.n.5

Eccleſia S.Pauli Ciuitatis nouæ eſt inſignis ad omnes iuris effectus. c.4.d.15.n.11. verſ. ac denique.

Eccleſia S. Seueri Bergomenſis non eſt ſubiecta Eccleſia Cluſoni. c.4. d.95.n.4

Eleemoſyna data pro vna miſſa non poteſt diminui, ſed integra eſt tradenda celebranti. pag.109.n.5 *An poſſit portio aliqua retineri pro expenſis manutentionis Eccleſiæ &c.* pag.115.n.7. *an locum habeat in beneficijs.* pag.116.n.9

Epiſcopus electus, & cõfirmatus Synodum tamen conſecratus an poſſit Synodum congregare. c.2.d.1. num.1. *non dicitur habere Eccleſiam pleno iure.* c.2.d.1. n.4. *poteſt vti Rocheto & indumentis lineis.* n.6. *poteſt ea, quæ ſunt meri imperij.* n.6. *poteſt adminiſtrare.* n.12. *ſi omittat Synodum congregare eſt ſuſpenſus ab executione officij ſed non ipſo iure.* c.2. d.3. n.3. & ſeq. *poterit ſuſpendi per Archiepiſcopũ.* n.6. *prouiſus per Papam poteſt conuocare Synodum expeditis tamen bullis.* n.9. & ſeq.

Epiſcopus electus cõfirmatus, conſecratus an poſſit Synodum congregare ſi nondũ fuit adeptus poſſeſſionem. c.2.d.3.n.1. reſol.cum diſt.

poteſt

poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis. n.2

Epiſcopus nominatus à Rege an poſſit Synodum cōgregare. c.2.d.2.n.1

Epiſcopus qui plus debito ſubditos fatigat non meretur nomen Epiſcopi. c.2.d.5.n.11

Epiſcopus poteſt cognoſcere de ſubreptione gratiæ in cauſis criminalib. obtentæ. c.4.d.20.n.17. habet intentionem fundatam ſuper omnibus Eccleſ. ſuæ Diœc. c.3.n.1

Epiſcopus debet omnia gerere de conſilio prælatorum ſæculariū. c.3.d.2.n.10. tenetur requirere conſilium ſui capituli in condendis ſtatutis, alias non valerent. c.3.d.2.n.23. & ſeq. & quando non teneatur. n.25. & ſeq. eſt caput capituli pag.118.n.14. inter eos nullus interponi poteſt. pag.119.n.6. an intelligatur de Vicario Rota non determinat. n.6

Epiſcopus vt ſit indutus Pontificalibus in Synodo non eſt de neceſſitate. c.4.d.4. ſedet in Synodo tamquam caput in primo loco. c.4.d.6.n.2. vt maioritatem oſtendat. c.4.d.6.n.4. poteſt mandare vices ſuas Vicario. c.4 d.6.n.19. debet facere profeſſionem fidei in primo Conc. Prou. & Diœceſana Synodo c.4.d.39.n.3. & 14

Quoad ſtatuta in Synodo.

Epiſcopus poteſt facere ſtatuta. c.4.d.1.n.5.verſ.18. & d.41.n.1. etiam extra Synodum. d.42. n.1. & extra territorium ac die feriato. 43.n.2. nō tenetur præmittere cognitionem, neque citationem dum vult ſtatuta condere. n.1. & 3

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius diuinum, ſed poteſt illud iuuare, & nouam pœnam ponere. d.49. non poteſt ſtatuere contra Concilia generalia. d.41. n.6. & d.50. n.1. non poteſt ſtatuere in præiudicium ſuperiorum. d.51. n.1. non poteſt ſtatuere quin fiant locationes decimarum in tota diœceſi. d.51. n.4. etiam ſi interueniſſet conſenſus capituli n.5. non poteſt ſtatuere contra ius canonicū. d.53.n.3. & in deciſ. prætermiſ. pag.120.n.10. non poteſt ſtatuere etiam cū cōſenſu capituli vt nullæ ſint electiones ſi fiant non vocatis abſentibus qui non diſtant vltra ſeptem dietas. d.53.n.7. non poteſt ſtatuere vt ab interlocutoria non appelletur. n.9. vt vocentur clerici inferiores ad electionem Epiſcopi. n.10. vt non ſtetur vocibus maioris partis capituli. n.11. quod electio ſit nulla contempto vno canonico. n.12. quod carens diaconatu non habeat vocem in capitulo vel non recipiatur niſi omnes conſentiant. n.14. quod non reſidens ſit ipſo iure priuatus. n.15. quod is qui ſine licentia ſe abſentat ſit ipſo iure priuatus. n.16. quod nullo iuris ordine ſeruato procedatur ad inquiſitionem & pœnam criminum n.17. quod procedatur ſummariè vltra caſus clem. diſpendioſam de iudic. n.19. quod liceat iudici pronunciare ſine cauſæ cognitione. n.19. quod cauſa debeat tractari contra benignitatem canonum. num. 20. quod præfigeretur terminus inſtantiæ. n. 21. quod in cauſis ſpiritualibus procedatur iuxta ſtatuta laicorum. n.22. quod agi non poſſit ex nudo pacto. n.23.

quod

quod malè ablatorum, vel incertorum reſtitutio fieri ſeu diſpenſari non poſſit niſi per ipſummet Epiſcopum.n.24. quod vſurarius non poſſit conueniri poſt decem annos. num.25. quod quis poſſit conuinci de crimine vſuræ per vnum teſtem de veritate & tres de fama, vel 4. ſingulares, aut per confeſſionem extraiudicialem. n.26. quod valeat teſtamentum vſurarij. n.28. vt aliquis ſit vſurarius. n.28. vt contractus factus per aliquem de familia vſurarij præſumatur vſurarius. n.29. vt locatio ad longum tempus valeat n.30. vt quis poſſit obtinere duo beneficia conformia in eadem Eccleſia. n.31. vt non fiat conditio Eccleſiæ melior. n.32. quod excommunicato patre communio interdicatur filijs.n.33. quod concilium prouinc. conuocetur per Vicarium Archiepiſcopi. n.34. vt in congregatione canonicorum admittatur ſuus Vicarius. n.35. vt non poſſit conferri beneficium alienigenæ. n.36. vt quilibet beneficiatus teneatur promoueri ad ordines. d.75.n.1

Epiſcopus poteſt ſtatuere contra ius ciuile. c.4.d.55. contra conſuetudinem. c.4.d.59. & in deciſ. prætermiſ. fol.122. n.8. vt beneficiati teneantur oſtendere ſuos titulos. c.4. d.62. addendo pœnas iuri communi. c.4. d.60. declarando ius canonicum.c.4.d.56. infligendo pœnam inhabilitatis ad beneficia. c.4. d.4. d.61. imponendo pœnas arctatiuas & priuatiuas. d.65. circa certum ſtatum hominum. d.69. contra propria ſtatuta d.70. in caſu omiſſo à iure. d.71. vt ſibi præſententur litteræ Apoſtolicæ ante illarum quamuis præſentationem. d.74. ſine conſenſu capituli, non tamen ſine conſilio, quod nihilominus ſequi non arctatur. d.76. imponendo pœnam cenſuræ ſed non pecuniariam. d.97.n.1

Epiſcopus Synodum celebrare debet quotannis c.2. d.6.n.1. poteſt abſque alicuius licentia. c.2.num.1. illam facit ex diſpoſitione iuris. n.3. poteſt ex cauſa illam bis in anno celebrare. c.2.d.6.n.7.

Epiſcopus poteſt diſpenſare contra ſua ſtatuta.d.95.n.1.in legibus diſpenſandis non pendet à Cap. n.2

Epiſcopus non poteſt facere reductiones miſſarum in decret. Sac. Congreg.pag.108.n.2.quam rationem habere debeat in dando licentiam acceptandi onera perpetua miſſarum. pag.110.n.7

Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper Conc. generalibus.c.4.d.50.n.2

Epiſcopus an poſſit diſpenſare vt quis obtineat duo beneficia incompatibilia. c.4.d.50.n.4

Epiſcopus cum Capitulo non poteſt alterare nec corrigere vel modificare addendo, vel minuẽdo iura hic expreſſa. c.4.d.53.n.6. & ſeq.

Epiſcopus quando poſſit pœnitentias à Papa impoſitas diminuere. c.4. dub.66

Epiſcopus an poſſit ſtatuendo creare nouum delictum. c.4.d.71

Epiſcopus an ſtatuendo poſſit reſeruare caſus in præiudicium religioſorum. c.4.d.72.n.2

Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper ſuis ſtatutis. c.4.d.95

Epi-

Epiſcopus an poſsit punire forenſes delinquentes in ſua Diœceſi.d.8 1. *num.* 2

Epiſcopus an ligetur ſuis ſtatutis c.4. d.83. vbi aliquod ligatur quoad vim directiuam

Epiſcopus delinquens in aliena diœceſi punitur, quia habetur tamquã priuata perſona. c. 4.*d.*84.*n.*5

Examinatores promouendorum ad Parochiales eligendi ſunt in Synodo c.4.d. 1.*n.*2

Excommunicantur non euntes ad Synodum. c.3.d.7.*n.*1

Excommunicatio an liget impeditum. c.4.d.17.*n.*3

Excuſantur à pœna non venientes ad Synodum in pluribus caſibus remiſsiuè. c.3.d.8

Exemptio generalis an comprehendat Cathedraticum. c.4.d.32

Exempti an ligentur ſtatutis Epiſcopi ſi delinquant in loco non exempto. c.4.d.78

Exemptus etiam ratione delicti non ligatur. n.2

Exemptus qui non eſt ſi delinquet in loco exempto an ligetur ſtatuto. c.4.d.78

F

F Idei profeſsio facienda eſt à promouendis ad cathedrales c.4. d. 39.n.1.item ab alijs hic enumeratis n.2.& ſeq. an ſit faciẽda in Synodo.n.5.omittentes an faciãt fructus beneficiorum. n. 6. canonici cathedralis in quorum manibus faciant profeſſionem. n.7.Canonici collegiatarum non tenentur emittere. n. 10. facienda eſt intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis. n.7. in prouincia Mediolani debet præſtari intra menſem & in Synodo. n.5.poteſt præſtari in manib.Vicarij. n.9

Fidei profeſſio eſt ſolẽne iuramentũ an requiratur ſpeciale mãdatum. n.22. & 43.ſufficit mandatum ad accipiendum poſſeſsionem. n. 46. an excuſetur beneficiarius ſi procurator non emittit. n. 47. & 48. emittere non tenẽtur obtinentes, dignitates ſine cura animarum aut canonicatus in collegiatis.c.4.d.39.n.10.

Fidei profeſsio poteſt præſtari per procuratorem. c.4. d. 40. n.24. & ſeq. etiamſi principalis non ſit impeditus. n. 33. refertur deciſ.Rotæ num.20. remitti nõ poteſt ab Epiſcopo illi,qui emittere tenetur. n.6 nõ eſt deexceptuatis quominus poſſit præſtari per procuratorem.n.19

Forma poteſt adimpleri per æquipollens propter neceſsitatem. c.4. d.40.n.39

Forma ſtipulationis eſt vt interrogatio & reſponſio vtriuſq. requiratur, poteſt nihilominus per æquipollens adimpleri. n.40

G

G Vardianus ordinis mendicantium poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4.d.13. n.40. ſed non conſeruator. n.41

H

H Ominibus malis expurgari debet Diœceſis. c.4.d.78.n.4

Honorificentia debetur Epiſcopo. c.4.d.25.n.1

Horæ Canonicæ propter Synodi celebrationem dici poſſunt alijs horis,& temporibus. c.4.d3.n.3

I

I Gnorantia quando excuſet à pœna. c.4.d.67.n.2

Igno-

Digitized by Google

Ignorantes an ligentur ſtatutis. c.4. d.86
Ignorantes ius poſitiuum an excuſentur. c.4.d.93.n.2
Impedimẽtum notorium excuſat in ſentẽtia, & citatione. c.4.d.17.n.3
Imperium merũ poteſt præſcribi in aliqua parte Diœceſis. c.3.d.5.n.8
Indulgentias non concedit Coadiutor Epiſcopi, ſed publicat nomine Epiſcopi. c.4.d.45.n.9
Indumenta Pontificum qualia ſunt Rochetus, & alia indumenta linea, parum de iure habentur in conſideratione. c.2.d.1.n.6.& 8
Infinitas eſt vitanda. c.4.d.12.n.12
Inhabilitatis ad beneficia an poſſit pœna infligi ab Epiſcopo. c.4.d.61
Inquiſitio generalis poteſt fieri nulla præcedente fama ſecus de ſpeciali. c.4.d.22.n.3
Inſeruientes Papæ an ligentur ſtatutis Epiſcopi in beneficialibus. c.4.d.89
Inſignitas loci à quo ſit cognoſcenda. c.4.d.14. n.4. *& ſeq. an poſſit renuntiari quoad lites.* c. 4. d.17. n.5. *à quo iudice ſit cognoſcenda.* c.4.d.14.n.4.*& ſeq.*
Iudex inter varias opiniones quam eligat. c.2. d.11. n.8. *præſumitur quod non ſententiaret contra factum ſuum.* c.4.d.14.n.3
Iudex Synodalis eligi debet in Synodo. c.4. d.1. n.2. *an poſſit conſtitui qui fuit diſpenſatus in minori ætate ad obtinendum canonicatum in* Cathedrali, *vel dignitatem.* c.4. d.11. n.1. *num conſtitui poſſit, qui dignitatem dimiſit.* c.4.d.13.n.1
Iudices Synodales debent eſſe in dignitate conſtituti aut Canonici Cathedralis, vel certè habere perſonatum. c.4. d.8. n.1. *an conſtituatur qui dignitatem dimiſit.* c.4. d.13. n.1. *ſit de perſona prout eſt qualificata.* n. 52. *non conſtituuntur à* Principe *& debent eſſe ſaltem.*22. ann. c.4. d.11.n.10. *eorum officium quamdiu duret.* c.4. d.9. n. 1. *quot eſſe debeant.* n.3. *quomodo fiat ſubrogatio defunctis.* d.10. n.26. *Canonici Cathed. vt ſint iudices non debent diſpenſatiuè eſſe* Canonici. c.4.d.11.n.11
Iura quando dicantur modificari, vel corrigi. c.4.d.54
Iuramentum quod præſtatur in animam principalis requirit ſpeciale mandatum. c.4.d.40.n.44
Iuramentum fidei profeſſionis continet niſi ea, quæ conſiſtunt in animo vnde requiritur ſpeciale mandatum ad illud præſtandum. c.4.d.40.n.45
Iuramentum de quo in cap.ego N. *præſtatur ab Epiſcopo dum conſecratur.* c.4.d.40.n.41
Iurans ſeruare ſtatuta, quæ ventium moribus non ſunt recepta an teneatur illa ſeruare. c.4.d.92
Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari per procuratorem. c.4. d.40. n.3. *verba huiuſmodi iuramenti tradit Butr.* n.4. *dominus feudi poteſt illi renunciare.* n.5
Ius viſitandi poteſt præſcribi. c. 3. d.5.n.7

L

Laicis publicanda ſunt per clericos ea, quæ ordinata ſunt in Synodo. c.3.d.3.n.4
Laici non vocati vbi ſtatuitur an ligentur ſtatutis Epiſcopi. c.4. d. 77.n.3

Laici an ſint admittendi ad Synodum. c. 3. d. 2. n. 1. publicantur ſtatuta.

Legitimum illud dicitur quod eſt iuſtum. c. 1. n. 20

Legatum tenue an poſsit per Epiſcopum reduci. pag. 114. n. 1

Legis iuriſdictionis, vel diœceſanæ quæ ſint c. 2. d. 13. n. 3. & ſeq.

Lex diœceſana in quibus conſiſtat. c. 2. d. 11. n. 7

Lex cum prætor ff. non autem de iud. quomodo intelligenda. c. 4. d. 10. n. 9. & 10. & n. 11. n. 9

Lex quidam conſulebant de re iud. concedit vt minor 18. annis poſsit dari iudex à Principe & quod maior 19 quamuis minor 21. anno poſsit dari ab inferiore de cõſenſu partium. c. 4. d. 11. n. 3. ſed intellige vt non ſit minor 18. anno. n. 9

l. 1. ff. de procurat. interpretatio. c. 4. d. 40. n. 27

L. obligari ff. de auct. tut. intellectus. n. 31

Lex vt obliget quas qualitates habere debeat. c. 4. d. 52. n. 2

Lex obſcura an liget. c. 4. d. 92. n. 4

Litigans ob legis obſcuritatem excuſatur ab expenſis. c. 4. d. 93. n. 5.

Loci in ſedendo & præcedendo dandi ſunt iuxta conſuetudinem. c. 4. d. 6. n. 71

Locus inſignis qui dicatur. c. 4. d. 14. n. 1. *Fit inſignis ex numero habitatorum.* c. 4. d. 14. n. 9. *verſ. primo. debet habere iuriſperitos.* c. 4. d. 14. n. 9

Locus inſignis eſt qui habet iuriſdictionem. c. 4. d. 14. num. 11. *verſ. Ad hæc.*

Lunæ menſium quomodo dignoſcantur. c. 4. d. 38

M

Ala quæ deriuant ex eo quod miſſarum oneribus non ſatisfiat. pag. 108. n. 1

Mandatum generale ad aliquem actum extenditur ad omnia quæ ad illius actus expeditionem ſunt neceſſaria etiã ſi requireretur ſpeciale mandatum. c. 4. d. 40. n. 23

Mandatum ſpeciale requiritur in Vicario vt poſsit condere ſtatuta. c. 4. d. 47. n. 1

Mantelletto cum rocchetto vtitur Coadiutor Epiſcopi. c. 4. d. 45. n. 6

Mantellettum eſt indumentum parum in iure æſtimatum. c. 4. d. 6. n. 46. *deferunt etiam protonotarij.* n. 47. *non inducit reſeruatorum.* n. 46

Matrimonium validè contrahitur per procuratorem. c. 4. d. 40. n. 12. & n. 16

Matrimonium per qualia verba ſit contrahendum per procuratorem. c. 4. d. 40. n. 13

Matrimonium Regis Philippi III. contractum fuit Ferrariæ coram Clem. VIII. Summo Pont. per procuratorem. c. 4. d. 40. n. 17

Maximè importat idem eſſe in contrario. c. 3. d. 2. n. 19

Membra non debent ſeparari à capite pag. 119. n. 5. & pag. 121. n. 16. & 3. in altera deciſ.

Milites Lauretani dicuntur nobiles & clerici ſunt Protonotarij Apoſtolici. c. 4. d. 12. n. 3

Minores ætate, minoris diſcretionis præſumuntur. c. 4. d. 11. n. 10. *non ligetur ſtatutis Epiſcopi.* c. 4. d. 88

Miſſa eſt celebranda licet ſacerdos accipiat ſtipendium minus congruo quam ſit ab Epiſcopo præſcriptum

ſcriptum. pag. 114. n. 3.
Miſſa de Spiritu ſancto dicenda eſt ante inchoationem Synodi Diœc. c. 3. d. 9. n. 4. non de neceſsitate, ſed tantum de ſolemnitate. c. 4. d. 3. n. 1
Miſſarum perpetua onera ſuſcipi prohibentur ſub certa pœna ſine licentia Epiſcopi, vel regularis ſuperioris. pag. 110. n. 7. & pag. 116. n. 12.
Miſſarum reductiones fiunt in Synodo. c. 4. d. 1. n. 2. hodie prohibitum eſt. pag. 109. n. 2
Miſſæ tot celebrandæ quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint. pag. 114. n. 3. reuocantur priuilegia per quæ conceſſum erat ſatisfacere aliquibus collatis. ibid. n. 4. quomodo intelligantur illa verba præſcriptæ fuerint. pag. 114. n. 2
Mitius agitur cum lege quam cum homine. c. 4. d. 90. n. 3
Mitra parum de iure habetur in conſideratione in materia præcedentiæ. c. 4. d. 6. n. 46
Monachi an teneantur ire ad Synodum Epiſcopi. c. 3. d. 1. n. 8
Monaſteria &c. non recipienda niſi vbi ſaltem 12. fratres degere & competenter ſuſtentari valeant. pag. 112. n. 7. alias ſubijciuntur ordinario loci ibidem verſ. alioquin habet locum etiam extra Italiam. pag. 117. n. 19
Monitio requiritur in procedendo ad declarationem priuationis incurſæ. c. 4. d. 63. n. 2
Monitiones quæ ſunt in pontificali videntur de forma Synodi. c. 4. d. 7. n. 2
Motus proprius Pij IV. & Pij V. in materia appellationũ in criminalibus quid diſponat. c. 4. d. 20. n. 10
Mozeta cũ Rocheto nõ vtitur Coadiutor etiam abſente Epiſcopo, quia deſignatur dignitas. c. 4. d. 45. n. 7

N

Nobiles & illuſtres fiunt homines ex virtute non ex ciuitatibus. c. 4. d. 14. n. 11. verſ. & quia.
Nouitij an poſsint admitti ad profeſsionem in caſu vt hic. pag. 117. num. 17
Numerus religioſorum ſemel præfinitus augeri non poteſt abſque licentia Sac. Congreg. pag. 112. n. 8

O

Obedientia præſtanda eſt in Synodo. c. 3. d. 5. n. 2. an poſsit præſcribi. n. 3. & 6. quæ debetur Epiſcopo an poſsit præſcribi. c. 4. d. 23. n. 1. in quibus conſiſtat. c. 4. d. 24
Obſeruantia in materia præcedentiæ maximi ponderis eſt pag. 120. n. 9
Omnis res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur. c. 4. d. 48. n. 3. & d. 70. n. 2
Opinione vulgi ſentire nil ſtultius. c. 5. d. 14. n. 11. verſ. præterea: communis quandoque eſt mendax. ibid. æquior debet recipi. c. 4. d. 40. n. 1.
Origo Synodi vnde trahatur. c. 1. num. 22

P

Parochi debent ire ad Synodum Diœc. c. 3. d. 1. n. 12. debent emittere fidei profeſsionem. c. 4. d. 39. n. 3. debent exquirere conſenſum eorum qui contrahunt matrimonium coram eis. c. 4. d. 40. n. 15. largè dicuntur Prælati. c. 3. d. 1. n. 10
Paſcha & alia feſta mobilia quando ſint celebranda. c. 4. d. 38

Digitized by Google

Patria nobilitatur per viros bonos, c.4.d.14.n.11
Periti non debent de neceſſitate mouari in locis vbi cauſæ cognoſcuntur. c.4.d.10.n.22
Pœna excommunicationis plectendi ſunt non euntes ad Synodum. c.3. d.7. n.1
*Pœnæ Regularium ſuperiorum qui numerum auxerint ſine licentia Sac. congreg.pag.*112. *verſ. ſuperiores.*
Pœnam inhabilitatis ad beneficia an poſſit Epiſcopus apponere propter delicta. c.4.d.61
Pœna vltimo impoſita primam tollit. c.4.d.68.n.2
Pœnæ plures non imponuntur pro eodem delicto. c.4.d.68
Plebani in Synodo vbi ſedeant. c.4. d.6.n.3.
Pontificalis liber eſt authenticus, & poteſt allegari. c.4.d.3.n.2.
Populus poteſt ſtatuere contra leges. c.4. d.53. n.4. *habet iuriſdictionem à iure gentium.* ibid.
*Poſſeſſio an ſuffragetur ijs qui iuris aſſiſtentiã nõ habent.pag.*129.n.13
Poſſeſſionis acquiſitio non impeditur ex non emiſſione profeſſionis fidei. c.4.d.40.n.21
*Præcedentia attenditur ſecundum quaſi poſſeſſionem.*c.4.d.6.n.54. *in choro & proceſſionibus non concludit præcedentiam deberi in Synodo pag.*119.n.7. *& pag.*120. n.9. *& pag.*122.n.5. *debetur capitulo cathedralis. pag.*118.n.1. *inter Vicarium Alex. & Abb. S. Petri deciſa.* c.4.d.6 n.56
Præeminentiæ non ſunt retardandæ propter alter ius prætenſiones pag. 122.n.4
Prælati ſæculares tenentur ire ad Synodum. c.3. d.1.n.9. *ſtricte qui dicantur.*n.10. *inferiores à Papa habent iuriſdictionem de iure poſitiuo.* c.4.d.53.n.4
*Præſumptio eſt de mandato contra eum, qui fecit expenſas in expeditione breuis.*c.4.d.12.n.12. *apoſtolica confirmationis non arguitur ex curſu temporis niſi adſit etiam obſeruantia. pag.*120.n.11
Præſentis taciturnitas æquiparatur conſenſui. c.4.d.51.n.7
Princeps ſæcularis ſi impediret celebrationem Synodi qualiter puniendus eſſet. c.2.n.4
Princeps cui magiſtratũ dedit omnia agere decreuit. c.4.d.10.n.12
*Prior ord. mendicantium poteſt eſſe delegatus Papæ.*c.4.d.13.n.40. *ſed non conſeruator.* n.41
*Priuilegia vt aliquibus collectis ſatisfieri poſſit pro pluribus reuocantur. pag.*109. n.4. *prohibitionis effectus quando incipiat. pag.* 115.n.6
Procurator admittendus eſt ad Synodum. c.3. d.6. *non ſedet in loco principalis. pag.* 122. n.7. *conſtitui poteſt ad omnia, quæ in ſpecie prohibita non ſunt.* c.4. d.40. n.8. *&* n.18
Profeſſio Religioſi continet profeſſionem factam Deo. c.4.d.40.n.9
Profeſſio Religionis poteſt fieri per procuratorem. c.4.d.40.n.12
Profeſſio fidei in capitulo Neapolitano emiſſa fuit per procuratorem. c.4.d.40.n.18
Profeſſio fidei vide fidei profeſsio.
Profeſſio fidei emittenda eſt in Synodo. c.4.d.1.n.8
Protonotarius poteſt vti Rochetto & Mag-

Mantelletto.c.4.d.6.n.46.n.47. an poſsit conſtitui iudex Synodalis. c.4.d.12. n.1. ſi deputaretur antequam reciperet inſignia, & fidelitatis iuramentum præſtaret an teneat deputatio. c.4. d.12. n.19. poteſt eſſe delegatus Papæ. c. 4. d. 13.n.33

Protonotariatus dignitas in ſcriptorib. apoſt. ceſſat cum officio. c.4. d.12. n.1. conceditur etiam non Doctori & nullam dignitatem habenti n.6 & 16. datur ſine examine.c.8.n.7. eſt dignitas.n.8. non conceditur de conſuetudine niſi perſonis eccleſiaſticis.n.9. conceditur à Papa, & etiam ab eius legatis. n.9. in ſcriptorib. apoſt. ſtat acceſſoriè & conſecutiuè.n.14. datur intuitu nobilitatis. c.4. d.12. n.18. an inducat reſeruationem beneficiorum ante receptionem inſignium protonotariatus. n.20. ligentur ſtatutis Epiſcopi. c. 4. d. 89.n.3

Prouiſio Papæ habet vim electionis, & confirmationis. c.2.d.1.n.10

Pſalmus Saluum me fac *dicendus eſt in Synodo nō de neceſſitate.c.4.d.3*

Q

*Q*Uerelæ *an debeant audiri de eſſentia Synodi. c.4.d.19.n.1*

Querelatus an debeat reſpondere etiam non citatus. c.4.d.20

Qui nimium emungit elicit ſanguinem. c.4.d.29.n.13

Quod facimus aliena auctoritate noſtrum non eſt. c.4.d.94.n.6

R

*R*Egula *quod ſuperior ab inferiore non ligatur quando locum habeat. c.4.d.97.n.5*

Redditus cuiuſque monaſterij vel conuentus eſt. pag. 111. n.8. noto capitulo exhibēda. ibid. verſ. tum.

Regulares num poſsint abſoluere à cenſuris impoſitis per ſtatuta Epiſcopi. c.4.d.60.n.4. & ſeq.

Regulares ſuperiores an poſſint reducere onera miſſarum. pag. 108. ſtatuere debent numerū in quolibet monaſterio.pag.111. quādo non ſufficiat iā ſtatuiſſe.pag.118.n.16. intra annum poſt celebratum capitulum generale vel prouinciale debent mittere ad cōgregationem Conc. numerum familiæ eiuſq. conuentus. pag.112. verſ. ne.

Reliquiæ Sanctorum an poſsint auferri per Epiſcopum. c.4.d.37

Renuntians habetur pro mortuo.c.4. d.13.n.31

Reſeruatio purgatur per collationem Papæ. c.4.d.70.n.8

Reſeruatio caſuum quando dicatur facta in iniuriam religioſorum. c.4.d.72.n.3

Rochetum protonotarij deferant.c.4. d.45.n.7.

Rota mandauit corrigi mandatum expeditum vt hic. pag.121.n.14.

S

*S*Acerdotes *non beneficiati an teneantur ire ad Synodum. c.3. d.2. n.15*

Sacerdos dum ordinatur emittit fidei profeſſionem. c.4.d.40.n.42

Sacerdos celebrationi obſtrictus ratione beneficij vel legati non poteſt aliquam eleemoſynam pro miſſis notiuis aut alias recipere.pag.115. neque nouas acceptare eleemoſynas, niſi prius acceptis ſatisfecerit. pag.116. n.10. & 15. intellige vt n.10. & 11

Scientia non ita præſumitur in protono-

tonotario ſicut in Canonico Cathedralis. c.4. d.12.n.6. præſumitur in nobili Eccleſiaſtico. c.4. d.12.n.18
Scriptores Apoſtolici ſunt eo ipſo Protonotarij. c.4.d.12.n.2. conſtituunt collegium honorabile & ſunt in dignitate. c.4. d.13. n.37. eorum officium eſt tranſmiſſibile. c.4.d.12.n.12
Scriptura in ſtatutis eſt de neceſſitate. c.4.d.46
Sedere in Synodo non eſt de neceſſitate. c.4.d.5.n.1
Sedere à dextris honorabilius eſt quã ſedere à ſiniſtris. c.4 d.6.n.6
Sententia ſtatuti non priuat aliquem exercitio actuum permiſſorum. c.4.d.90.n.2. eſt perpetua & ſemper durat. d.95.n.8
Sermo in Synodo non eſt de forma. c.4.d.7.n.1
Statuens an ligetur ſuo ſtatuto. c.4. d.83
Statuere eſt actus iuriſdict. c.4.d.41
Statuere an poſſit Epiſcopus vide Epiſcopus poteſt.
Statuere an poſſit inferior. c.4.d.53. n.2. populus an poſſit ſtatuere. n.4
Statuta Epiſcopi an dicantur ſtatuta canonum. c.4.d.97.n.8. quando ligent. d.77
Statuta obſcura an ligent. c.4.d.93. non debent allegari. n.3
Statuta Vicarij Epiſcopi an ſint perpetua. c.4.d.95.n.4
Statuta vbi duo ſunt contraria ſtatur vltimo. c.4.d.70.n.3
Statuta reuocare iuriſdictionis eſt. c.4.d.48.n.3 an condat Conditor. c.4.d.45. an cõdat Electus. c.4.d.43
Statuta an ſint legenda de verbo ad verbum. c.4.d.18.n.1 & 3. Synodalia an ſint de neceſſitate legenda tota. c.3.d.3.n.5
Statutum prohibens locationem decimarum in tota Diœc. non valet. c.4.d.51. n.4. eſt contra libertatem Eccl. nec ſuplet conſenſus capituli. n.5. validatur tamen ex conſenſu vel præſentia eorum, qui acciperent præiudicium. n.6
Statutum quando dicatur irrationabile. c.4. d.52. quod ſpecialiter eſt magis timetur. c.4.d.56.n.2
Statutum Epiſcopi innouãs ius Canonicum non eſt opus vt producatur in alieno foro in quo forte allegetur. c.4. d.56.n.5. ligat tantum ſubditos Epiſcopi. n.6 ſi concernat priuationẽ beneficiorum de quibus intelligatur. d.63 & d.94. quas pœnas imponat. c.4.d.65. declaratorium iuris an cenſeatur reuocatum per reuocationem iuris. c.4.d.57. conforme cõſuetudini contrariæ iuri an valeat. c.4.d.58. imponens pœnam excommunicationis an ſine monitione afficiat. c.4.d.60 n.2. & ſeq.
Statutum capituli confirmatum à Papa ad poſtulationem capituli an poſſit tolli per capitulum inconſulto Papa. c.4.d.98. an eximat à pœna iuris. c.4. d.66. n.2. imponens pœnam vltra impoſitam per canones pro eodem delicto an eximit à pœna canonum. n.3. aliter de Papa. n.4. an liget Archiepiſcopũ. c.4. d.84. & d.97. n.4. an liget ipſummet Epiſcopum. c.4.d.83. & d.97. n.5. an liget tantum quoad pœnam, an etiam quoad culpam. c.4. d.76. n.4. quando comprehendat delinquentes forenſes. c.4. d. 80.n.2. & ſeq. exemplificatur n.4.

an habilitet non ſubditos. c.4. d. 81.n.5. an liget Parochianos de parochia alij ſubiecta. c.4.d.87.n. 2. an liget in foro contentioſo.c.4. d.90. vbi non conſtat de anterioritate quod attendatur.c.4.d.70. n.3.ſecundum an reuocet primum num.4

Stipulatio an inter abſentes contrahi poſsit per procuratorem. c.4. d. 40. n.35. & ſeq.

Subcollector Apoſtolicus quas debeat habere qualitates. c.4. d. 13. num.33

Subditi Epiſcopi qui dicantur. c.3. d.1.n.1

Subiectionis ſignum eſt accedere ad Synodum. c.3.d.1.n.2

Subiectio an probetur per acceſſum ad Synodum. c.4. d.96. an habeat certam formam à iure. n. 2. an præſcribatur. n.4

Superior an ligetur ſtatutis inferioris. c.4.d.97.n.5

Synodalia decreta an ſint publica ſine approb.S.Sedis.c.4.d.100.affertur declar.S.Congreg. n.5

Synodi origo. c.1.n.22

Synodo intereſſe debent qui de conſuetudine accedere ſolent.c.3.d.2. n. 29. qui volunt proponere querelas.c.3.d. 2.n.33. interuenire poteſt per procuratorem.c.3.d.6. qui veniunt ante illius dimiſsionem euadunt pœnam. c.3.d.7.n.2

Synodum congregare exigit diſcuſſionem magnæ inquiſitionis. c.2.d. 1. n. 5. eſt de lege iuriſdictionis. c.2.d.8.n.2

Synodus accipitur pro Concilio generali.c.1.n.4.& pro Cõcilio Prouinc. n. 5. propriè quomodo accipiatur.n.5. eſt triplex. n.9.& ſeq. intimatur ab Epiſcopo. c.2. d.7.n. 1.& 2.& ſufficit vna citatio. n.3.

Synodus quid ſit. c.1.n.11. ſi congregetur ad cogendas pecunias non diceretur Synodus. n.19. debet cõgregari ab Epiſcopo.c.2.n.1. ſi non congregetur ab Epiſcopo vel alias à legitimo ſuperiore dicitur conciliabulum.c.2. n. 2. quo tempore ſit celebranda. c.2.n.2. debet celebrari poſt Synodum Prouinc. c.2. d.5.n.3. quotannis debet celebrari. n.5. & poteſt bis celebrari. c.2. d.6.n.7.celebranda eſt in Diœceſi. c.2.d.8. celebrari de neceſsitate non debet in Eccleſia. c.2.d.9. n.1. an ſit habenda cum tribus ſeſsionibus. c.4.d.99.eſt claudenda.c.4. d.100

T

TEmpus celebrandi Synodum à Sac. Can. non præfinitum eſt. c.2. d.5.n.3. debet determinari ab Epiſcopo. n.6

Teſtes Synodales an debeant conſtitui de eſſentia Synodi.c.4. d.26.n. 1. quot debeãt conſtitui.c.4.d.29. an ſit eis credendum. c.4. d.29. an teneantur inſcribere. n.2

Theologus an poſsit eſſe Vicarius Epiſcopi. c.4. d.13.n.25. aſſumi ſibi aſſeſſorem.n.26. an ſemper.n.29

Thurificationis quaſi poſſeſsio quando acquiratur. c.4.d.6.n.37

Turbanti præcedentiam poteſt reſiſti armata manu. c.4.d.6.n.39

V

VEſtigia antiquæ dignitatis faciunt reſignantẽ honorarium. c.3.d.13. n.3.tertio præiudicare nõ poſſunt neque tribuunt aliquod exercitium prioris dignitatis in dimittente. n.6.quos præferant.n. 8.an

Digitized by Google

n. an inducant reſeruationem beneficiorum. n.9.
Vicarius Epiſcopi poteſt interuenire in Synodo. c.3. d.4.n.5.& 6. vbi ſedeat.c.4. d.6.n.11. præcedit omnes dignitates & Canonicos c. 3. d.6.n.41. poteſt Synodum congregare.n.48. an poſſit interponi inter capitulum Epiſcopum Rota indeciſum reliquit. pag. 119. n. 5. & 6. quando dicatur habere iuriſdictionem ordinariam. c. 4. d.5. num.3. & ſeq. maiorem habet poteſtatem quod delegatus Epiſcopi licet minor eſſet ordine.n.7. & 8. conſtitutus eſt in dignitate. c.4. d.6.n.8. & huiuſmodi dignitas dicitur eſſe in cathedrali.c.4.d. 13.n.13. habet iuriſdictionem ſuper omnem. Clerum Diœceſis.c.4. d.6.n.9.& n.18. præfertur Archidiacono.ibid.n.10.& n.24.eſt magis vicinus Epiſcopo,quia ſunt eadem perſona. c.4. d.6. n.11. corruſcat radijs Epiſcopi. c.4. d.6. n.12. facit idem tribunal cum Epiſcopo & illius perſonam repreſentat. c.4.d.6.n.13.& n.17.21.venit ſub nomine Epiſcopi. n. 14. & 27. nec datur medium inter eos ibid.n.16. venit appellatione Epiſcopi. c.4.d. 6.n.27. aſſociatur Epiſcopo in adminiſtratione. c.4. d. 6. n. 20. eſt honorandus ſicuti perſona ipſius Epiſcopi. c.4.d.6.n.2. nec debet diuerſo iure cenſeri. c.4. d.6. n.23. præcedere debet Abbates. c.4. d.6. n.24.incedens tamquam Vicarius præcedit Epiſcopum tamquam Canonicum.c.4.d.6.n.25.& n.28.an poſſit condere ſtatuta perpetua.c.4. d. 47. poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4. d.13. n.10. item executor bullarum. n.11. item conſeruator. n. 12. etiam ſi Epiſcopus nondum eſſet conſecratus ſed tantum electus etiam confirmatus. n.15. quando teneatur aſſumere aſſeſſorem. n. 25. & n.29
Vicarius Alexandriæ indutus Rocheto & Mantelletto poteſt præcedere Canonicos etiam paratos.c.4. d.6.n.46
Vicarius Cap. ſede vac. & non ipſum Capitulum congregare poteſt Synodum. c. 2. d. 4. poteſt eſſe delegatus Papæ.c.4.d.13.n.15.an poſſit condere ſtatuta. c.4.d.48.n.6
Vicarius Prælati inferioris quamuis habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4. d.13.n.20
Vicarius Foraneus nõ poteſt eſſe delegatus Papæ. c.4. d.13.n.17. nullam habet dignitatem. n. 18. dicitur obtinere officium. n.19
Virtus ſola locum nobilitat. c.4. d. 14.n.11
Vocatio ad Synodum eſt quaſi præambulum & acceſſorium iuriſdictionis. c. 2. d. 11. n. 2. nec refert quod fiat ſpecialis, vel generalis & ſufficit vnica. c.3. d.2. n.5. & 6.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

3-1

Google